

PANORMI
Apud IOSEPH GRAMIGNANI 1702
Onofrio Gramignani Dirp. dicavit.



ARS MEMORIÆ VINDICATA

AUCTORE

D. JOANNE BRANCACCIO
ICto Panormitano.

ACCESSIT

Artificium Poëticum ad Scripturas Divinas in promptu habendas, memoriterque ediscendas accommodatum.

Memoria Arte confirmanda est, ut sit egregia.

Cicer. ad Heren. lib. 3.

PANORMAE · BI

PANORMI, MDCCII.

Typis Joseph Gramignani.
Imp. Sidoti V. G. Imp. Giusinus P.

ILL. DOMINO

D. JOSEPHO FERNANDEZ DE MEDRANO,

Ex Valdoseræ Toparchis, Marchioni Mompilerij, de Consilio S. C. M. Regni Deputato, & Tribunalis S. R. C. Præsidi.

ARS MEMORIÆ, Ill. Præses, quò cęteris præstantior, eò hominibus hujus ævi despectior

atque odioſior, pro meis viribus vindicata, nunc publicam affectat lucem; utque prodeat ſecuriùs, Herois non minùs ſummo genere nati, quàm ſapientis, atque humani, ſtudioſiſſimè ambit patrocinium; tanti enim Mœcenatis proſapiæ ſplendore, doctrinâ comitate, haud difficulter lividos reprimet oculos, convincet pervicaces, veræ ſapientiæ ſtudioſorum amorem, atque honorem ſibi conciliabit; & ut Martiale utar: (a)

Nec rhonchos metuet Maligniorum,
Nec ſcombris tunicas dabit moleſtas.

Cui potius, Ampliſſime Vir quàm

(a) *l.4. 47.*

quàm tibi eam dicarem, inveni neminem; nam quidquid in multis effuſum eſt, in te uno ad omnium invidiam miratur orbis, adeò ut tibi uni plauſiſſe Claudianus videatur, cùm cecinit: (a)

—Sparguntur in omnes
In te mixta fluunt, et quæ
diuiſa, beatos
Efficiunt, collecta tenes, &c.

Antiquiſſimæ autem ſtirpis tuæ argumentum eſt illud maximè, quod in tua domo liquida extat memoria nobilitatis, jam eximię ab octingentis annis, & ultra; quando nempè, indicto ab Saracenis Ramiro Regi Gallecię, ob ejuratum cē. tum puellarum tributum,

(a) *lib. 1. carm. 2. verſ. 33.*

bello; illorumque ſeptuaginta millibus Divi Jacobi, divinitùs adſtãtis, ac vexillum prę ferẽtis, auxilio trucidatis (a); Anteceſſor Tuus alijque Regni Magnates (quos, ut Duces eſſent, in tam gravi certamine, Ramirus convocaverat (b)) in templo, Apoſtolo dicato, atque in loco, ubi apparuit, ob famigeratę victoriæ ſignum, erecto, ſodalitium, in quo non niſi ipſorum deſcendẽtes admittuntur, inſtituerunt. (c) Et nullis profectò confictis fabulis, ſed perenni

ex

(a) *Mariã. hiſtor. Hiſpan. l. 7. c. 13. Eriet. ann. Mund. ann. Chr. 844.*

(b) *Saavedr. Coron. Gothic. de Rege Ramiro I.*

(c) *Maurus Caſtella Ferrer in hiſt. Divi Jacobi.*

ex capite uno ſucceſſione, per ſingulas uſque ad Parentem Tuum generationes authenticis documentis demonſtrata; quod ſanè perpaucis alijs, jã præcellentioribus, videtur eſſe commune.

Si verò de ſcientiarum, bonarũq; artiũ ſuppellectile loquar, quis Te major? Nihil equidem in diſciplinis imum invenitur, vel ſummum, quò non pertingat vivida iſta acies genij, & ingenij Tui. Licèt enim graviſſimis Reipublicæ negotijs implicitus (quibus Tu ſumma cum fide, conſilio, atque induſtria defungeris, Optimo Principe teſte atque applauſore) ſucciſivas tamen, & ſubſecunda-

bello; illorumque ſeptuaginta millibus Divi Jacobi, divinitùs adſtãtis, ac vexillum prę ferẽtis, auxilio trucidatis (a); Anteceſſor Tuus alijque Regni Magnates (quos, ut Duces eſſent, in tam gravi certamine, Ramirus convocaverat (b)) in templo, Apoſtolo dicato, atque in loco, ubi apparuit, ob famigeratę victoriæ ſignum, erecto, ſodalitium, in quo non niſi ipſorum deſcendẽtes admittuntur, inſtituerunt. (c) Et nullis profectò confictis fabulis, ſed perenni

ex

(a) *Mariã. hiſtor. Hiſpan. l. 7. c. 13. Briet. ann. Mund. ann. Chr. 844.*

(b) *Saavedr. Coron. Gothic. de Rege Ramiro I.*

(c) *Maurus Caſtella Ferrer in hiſt. Divi Jacobi.*

ex capite uno ſucceſſione, per ſingulas uſque ad Parentem Tuum generationes authenticis documentis demonſtrata; quod ſanè perpaucis alijs, jã præcellentioribus, videtur eſſe commune.

Si verò de ſcientiarum, bonarũq; artiũ ſuppellectile loquar, quis Te major? Nihil equidem in diſciplinis imum invenitur, vel ſummum, quò non pertingat vivida iſta acies genij, & ingenij Tui. Licèt enim graviſſimis Reipublicæ negotijs implicitus (quibus Tu ſumma cum fide, conſilio, atque induſtria defungeris, Optimo Principe teſte atque applauſore) ſucciſivas tamen, & ſubſecunda-

rias horas perire nequaquam ſuſtines; nec a luxu vel deſidia mentis petis avocamenta, ſed quod otium à cura publica, & re familiari datur, id omne in varia doctrinæ ſtudia ità cõfers; ut in Te rectè illud Horatij experiatur: (a)

Nullum à labore te reclinat otium,
Urget diem nox, & dies noctem, neque eſt
Leuare tenta ſpiritu præcordia.

Humanitas inquam tua, quâ blãdè te in omniũ corda inſinuaſti, mirum quãta! Potuitne quiſquam unquam bonus Tecum biduum vivere, Tuæque comitatis atque ſuavitatis par-

(a) *Epod. Od.* 17, *verſ.* 25.

partem aliquam gustare, quin ut sibi totam ætatẽ Tecum exigere liceret, optaverit? Calamum teneo, cùm me non lateat, hasce laudes Te tam ęgrè admittere, quàm reliqui mortales libenter audiunt, etiã dum perversâ viâ sequũtur ambitionem.

Patere igitur, Ill. Domine, munusculum hocce tãquam meæ in Te observantiæ monumentum, Tibi offeram, non jam evolvendum illud, aut in Prytaneo alendũ (neque enim honor iste, qui Athenis erat maximus, huic debetur opusculo) sed Tuâ tuẽdum authoritate, quod nuper eâ, quâ vales ingenij vi prorsùs admirabili,

cùm appugnaretur vehementiſſimè, acriter adeò propugnaſti. Interea dum ego, quod unicè poſſum, ſeram Tibi ætatem, & proſpera quæque, ut debeo, præcor. Vale. Dabam Panormi Kalendis Junij 1702.

Ill. Dom. Tuæ.

Humillimus, & Addictiſſimus Seruus,
D. D. Joannes Brancaccio.

Epiſtola adm. Rev. P. Balthaſſaris ab Aci, Ord. Min. de obſervantia S. Franciſci, Provinciæ Siciliæ, Exprovincialis, Lectoris Generalis, & Concionatoris clariſſimi, Viſitatoris Generalis olim in Mediolanẽſi aliisque Provinciis, & nuper in iſta Vallis Mazariæ, ad Auctorem à Mediolano miſſam, ex qua præſentis opuſculi conſcribendi prodivit occaſio.

PRÆSTANTISSIMO VIRO U.J.D.
D. JOANNI BRANCACCIO

FR. BALTHASSAR AB ACI
FELICITATEM.

Præfulgidos virtutis tuæ radios, in deditiſſima tibi mẽte mea impreſſos, quocũq; pergam comites habeo & equidem jucũdiſſimos.

In hac itaque Mediolanenſi, ac finitimis Vrbibus, quas peragrare me, Viſitatoris Generalis munere pro mea Seraphica Religione perfungentem, compulit obedientiâ, tuas recenſendi laudes non ſemel nactus sũ opportunitatem. Cùm etenim in ſubſecivis colloquiis cum Viris non vulgari eruditione præditis, de admirabilibus in re literaria ſive auditis ſive perlectis diſſertarem, de Artis Memoriæ prçcellẽtia, quę ſciebam dixi; at nõnullos ex colloquentibus impugnatores, eam abſolutè negãtes, adinveni. Tunc ad rationes confugi, & argumẽta, quibus illam niti à te didicerã; ac inſuper ea quæ in tui perſona, teſtis de viſu, & auditu expertus fueram, adjeci, tali ad circumſtantes loquens pacto. Ad veritatem Artis Memoriæ incõtrovertibilem oſtendendam, quid propriis oculis, & auribus perceperim, attendite. In Sicaniæ Re-

gno,

gno, quod omni ævo celeberrimos in quavis facultate homines protulit, hac tempestate Artis hujusmodi Sectator, quin & Instaurator egregius emersit D. Ioannes Brancaccius Panormitanus. Hic iuventa floreſcens, Utriusque Iuris laurea donatus, & Causarum patrociniis plausibiliter addictus, nec non Humanioribus studiis eruditus, alioqui à Natura sterilem sortitus Memoriam, illam eousque Artificiosa cultura ex propria industria enunciatę Artis (cui Vos adversamini) ope, fœcundavit, ut me audiente, innumeros Iuris utriusque Textus, cũctasque Rubricas, nec nõ municipalium Regni Siciliæ legum Titulos, celerrima velocitate recitaverit. Huic autem prodigio aliud longè mirabilius Brancaccium adnectere obstupeſcens inſpexi. Plura verborum, omni prorsus carentium significatione cętera ab adstantibus

bus pronunciabantur ; quorum nulla penitùs immutatione , vel hæſitatione, illicò ſeriem tam recto, quàm inverſo referebat ordine , idque interpoſito etiam non ſolùm dierum , ſed & Menſium intervallo, denuò eadem felicitate repetebat ; me cæteriſque omnibus, qui talia auſcultabamus, ſtupidis remanentibus. Sic inter Sodales & amicos Inſubres tuã , Brancacci præclariſſime , Artificioſæ Memoriæ mirificã acquiſitionem celebravi. Et revera in his exponendis non adhibui amplificationẽ. Verumtamen, quia adhuc aliquam in Contradictoribus ambiguitatem , & fortaſſe incredulitatem animadverti ; à Te ad illam totaliter evellendã ſuffragia expoſtulare decrevi . Ne igitur graveſit quæſo tibi quã celeriter mittere ad me doctrinarum, per quas Hujus Artis exiſtentia & ſoliditas firmetur , atque Auctorum de ea diſ-

ſerentium, aliquod Epitome; ut illo munitus incredulos ũdequaque convincere queam, tuamq; gloriam ulterius propagare. Interim devicti erga te animi mei, qua ſoles humanitatẽ, affectum excipe ſinceriſſimum; & Altiſſimus diu te ad literariæ Reipublicæ bonum ſervet.

Ad

AD

BENEVOLUM

LECTOREM

PRÆFATIO.

MEMORIAM, (quæ Platoni eſt, *Mater Muſarũ*: Ariſtotili, *Scriba intus latẽs*: Quintiliano verò, *Eloquentiæ theſaurus*: Plutarcho, *Cella penuaria diſciplinarum*: Ciceroni deniq; *Divinitatis argumentum*) grandibus antiquitùs fuiſſe celebratam encomiis, veræ ſapientiæ ſtudia conſectãtium fugit neminem; *Nil Deus dedit homini sãctius* (inquit undecumque doctiſſimus Sabellicus) *nil utilius & ad eruditionẽ aptius; eſt hæc theſaurus diſciplinarum omniũ artiumque ſtudio, & labore quæſitarum cuſtos fideliſſima*: Plato

au-

autem, cui Divini cognomen ob ingenii flumen aureũ tribuit antiquitas, ità ſuadet, *Ac præter Deos, quos tu memorabas, alios inſuper invocare decet, præcipuèque Mnemoſinem, ideſt Memoriam, in qua Dea præcipua orationis noſtræ momẽta ſunt poſita*: Dictitabat etiam Alcander, è priſcorũ numero philoſophus mimimè contemnendus, *Muſas ducere genus ab Iove, atque Memoria*. Quam præclaram Alcãdri ſententiam Afranius Poeta nobilis ac vetus, mutato patre, matre retenta, verſibus illigavit, cùm cecinit, Sapiẽtiam Uſus, ac Memoriæ filiam eſſe:

Uſus me genuit, mater pepe-
rit Memoria:
Sophian vocant me Graii,
vos ſapientiam.

Cauſam ſi quęras, cur unam hãc tanti faciant potentiam, reſpondebunt Frãciſcus Patricius, *Me-*

mo-

moria Reges, ac Principes multùm commendat: Alexander, *Memoria, & recordatio ſunt cuſtodiæ quædam, & ſalutaria vitæ ſubſidia*: Plinius, *Neceſſariũ maximè vitæ bonum*: Petrus Cardinalis Aldobrandinus, *Optima Sapientiæ ſchola Memoria eſt, hæc enim non magiſtra modò, ſed & mater veteribus eſt conſtituta Muſarum*. Dicẽt Divus Thomas, *Memoria horreum mentis eſt, imò theſaurus, exquiſitiſſima rerum omnium opulentia refertus*: Petrarcha, *Memoria præteritorum eſt præſentium intelligentia, futurorum providentia*: Quintilianus, *Omnis diſciplina Memoria conſtat: fruſtraque docemur, ſi quid audimus præterfluat*: Divus Auguſtinus, *Memoriam ſapientiæ parentem eſſe, & inanem prorſus omnem laborem ad ſapientiam adipiſcendam, niſi hac veluti ſpiritu quodam re-*

ga-

gatur. Adnectent Caſſiodorus, *Magnum beneficium oblivionis neſcire defectum, & quædam ſimilitudo cœleſtium eſt decurſa ſemper habere præſentia*: Joannes Damaſcenus, *Memoriam altricem eſſe ſapientiæ, & inſigne demum Divinitatis argumentum*: Cicero tandem, *Locupletiſſimum ſapientię ærarium Memoria eſt, ac inventorum theſaurus*; & præſtantiùs alibi, *Tantũ ſcimus, quantum Memoria tenemus.*

Quid autem multa didiciſſe, quid legiſſe multa proderit, ſi ea, quæ legeris, quæ didiceris, iterùm elabi patiaris. Theſaurus enim Memoriæ niſi rebus, ac verbis adinventis excogitatiſq; cuſtos adhibeatur: niſi depoſitã hanc ſupellectilem, ſibi commẽdatam, reddat Oratori dicẽti fideliter: omnis ingenii labor in inveniendis rebus novis recon-

di-

ditis, mirabilibus ; omnis incol-
locãdis ordine pulcherrimo in-
ventis induſtria:ſentẽtiarum de-
niq;preclariſſimarum copia om-
nis, atque apparatus,miſerabili-
ter pereat,eſt neceſſe. Tolle Me-
moriam civi ſtudioſo Reipubli-
cæ,qui fungi ſuo poterit officio?
Hujus beneficio deſtitutus O-
rator, alioqui multis præcellens
partibus , rudi plerumque ſimi-
lis videtur,& imperito. Quo ri-
ſu omnium exceptus eſt Curio,
qui cùm contra Titiniam dictu-
rus , totam ſubitò cauſam eſt o-
blitus . Quid faciet ſine Memo-
ria Juriſconſultus , cui eam pro-
fundo eſſe, veteri jactatum pro-
verbio , perpetuâque firmatum
habemus experientiâ , ut nemo
ſine illius ope inter eorum ſub-
ſellia nomen fuerit famamque
conſecutus? Quid Philoſophus,
in quo Plato non uno in loco
Memoriam requirit , ſi progr eſ-
ſus

ſus in philoſophia facere cupiat, eam cum ingenio judicioq; conjungens? Ubi Arithmeticâ imbuti diſciplinâ tutò recondẽt numeros illos propè innumerabiles, quibus ſe pluviæ, maris, fluviorum guttas numerare; littorumque omnium arenæ, tum ejus, quæ totum impleret Mundum, certâ numerum colligere ratione profitentur? Ac ne longum faciam prętereo Mathematicum, Medicum, Hiſtoricum, Poetam, Concionatorem, Grãmaticum, atque alios doctrinarũ artiumq; doctores, qui de Memorię dominatu pelli nequaquã patiuntur.

Hinc factum eſt, ut artificiola quædam, non pænitùs ſpernenda, Memoriç augẽdæ gratiâ, antiquorum ſapiẽtiſſi excogitarẽt. Quos inter cũ Simonides Chius principem omniũ conſenſu fuerit ſedem conſecutus, non im-

me-

meritò ejus Artem, Athenis publicis in ſcholis legendam, ſunt arbitrati. Quam licèt, poſt remotas è Græcia ſcientias deperditam, innumeri poſteris ſcriptam reliquiſſent; eam tamen incondito obſcuroque dicendi genere ità operuerunt, ut paucis datum fuerit hanc adire Corinthum.

Cùm autẽ ego à gravioribus ad amœniora deflecterem exercitia, ut ſic alternante operâ, & certantibus, ut ità dicam, ſtudiis mox ad unum, exinde ad alterũ ſcientiæ genus, vegetiorem redderem mentem alacrioremque, (*Alit enim lectio ingenium*, inquit Seneca, *& ſtudio fatigatum non ſine ſtudio reficit*) ad meas pervenit manus de hac Arte libellus, à Schenkelio conditus; cujus perſpecto tãtùm titulo, dixi nonnullis Viris alioqui non vulgaribus, Artem dari poſſe ad

au-

augẽdam Memoriam propè Divinam ; ſed quò illis hoc viſum eſt creditu difficillimum; eò cupido me inceſſit arcanum tã mirabile nanciſcendi , magis atque magis cùm Memoriâ(teſtor Deum) parùm firm â me ſentirem.

Artem igirur Schẽkelii ſummâ mentis reflexione pervolui, & quamvis,ut verum fatear, tot ſalebris,& sẽticetis refertam,tot cimmeriis involutã tenebris reperiſſem, ut parùm abeſſet,quin ex improbo labore animum abiicerem ; reiteratis verò paulò profundiùs ſtudiis tandem, Deo annuente, inveni vera eſſe, quæ de ea priſcorum ſparſerat auctoritas. Cœpi inquam coram multis pro viribus Artis oſtendere prodigia , & quando illos experientiâ convincere cogitabam , tãtum abfuit, ut ſibi hoc perſuaſum eſſet, quantum adfuit, ut acriùs Artem (ignorantiæ ne,an

livo-

livoris æstro nescio) obtrectare contemnere,explodere inceptarent. Nam fuerunt nonnulli,qui cùm specimina à me exhibita in facias ire nequirent,id non Artificiosæ, sed naturali tribuebant Memoriæ. Alii verò, qui sterilẽ prius in me Memoriam deprehenderant, vel ope anacardinæ confectionis, vel(quod deterius erat) non sine sycophantiæ piaculo,Cacodæmonum ministerio illa præstitisse asseverabãt. Quapropter, ut Artem penè conclamatam, neque ab obtrectatorũ vindiciis absolverem, illius apologiam scribere in animum induxi. Hanc cùm perlegerint Amici, aliique curiosi viri, non semel impulerunt me, ut eam, utpote Reipublicæ literariæ utilissimã, publici Juris facerem; & licèt dubio diù fuissem consilio; tandem suasu præclarissimi viri P.Balthassaris ab Aci, Ord.Min:

de

de obſervantia Sancti Franciſci (cui, quod poteram, ob longævã neceſſitudinem, nefas erat denegare) præſẽs opuſculum in lucem edere decrevi.

Hoc autem in quinque capita duxi diſſecãdum. In Primo Artis Memoriæ diſciplina rationibus, auctoritate, experiẽtiâ probatur; nonnullis etiam objectionibus occurritur. In Secundo de Inventore, & de Auctoribus, qui de ea ſcripſerunt, loquitur. Modus quoque detegẽdi ſcripta illorum obſcura, à multis deſideratus, à nemine tamen hactenus integrè exhibitus, pãditur. In Tertio Hiſtoria chronologica eorũ, qui Memoriâ floruerũt egregiâ, exponitur; ubi pluſquam 200. Illuſtres viri recenſentur, quorum 90. & Illuſtriores quidem Artis ope hanc conſequutos eſſe præſtantiam, convincitur. In Quarto paradoxa, quæ ex ea naſcũtur,

referũtur. In Quinto brevis idea Artis Memorię, quam in Grãmaticam, Syllabicam, Poeticam, Topicam dividimus, adumbratur.

Prę manibus habeo uberrimũ hujus Artis tractatum, tribus diſtinctum libris; quorum Primus quidquid ad eruditionem tam ſacram, quàm prophanã pertinet, indicabit: libellum etiam de naturali Memoria fovenda, ex ſelectiſſimorum Medicorum mente excerptum, ſuppeditabit. Secundus Artis præcepta fuſiſſimè expromet; & ità ut quilibet ſine doctore illa ex ſemetipſo percipiat atq; experiatur. Tertius praxim, ſive expeditam methodum Artis applicandę in omnibus ſcientiis, artibuſq; liberalibus patefaciet.

Huic interim opuſculo benevole Lector fave, in quo ſi nõ expectationi Literatorũ ſatisfeciſſe videbor, ingenii imbellicitatẽ excuſes velim. Vale.

In laudem Artificioſæ Memoriæ Carmen.

TEmporis ut longi ſpatio præcepta teneri,
Et poſſint animo fixa manere tuo;
Hanc lege collectam memorandi gnaviter Artem.
Qua ſine, judicio mens hebet ipſa ſuo.
Hæc eſt ingenij lumen, cuſtoſque laboris;
Erigit hęc sēſus, intrepidoſq; facit
Nec tu contemnas, Cicero quod voce diſerta
Cōprobat, & verbis ornat ubique ſuis.
Et quod Simonides, ſeu Metrodorus, ut ajunt,
Inventum cura gaudeat eſſe ſua.
Quod vel Ariſtotiles divinum credere munus
Non dubitat: Sophicæ gloria prima ſcholæ.
In quo Carneades totis laudatus Athenis
Floruit; & Senecæ vis memoranda fuit.
Rhetores hæc firmat, juvat hæc Ars jura volentem
Diſcere: vix aliud Pallas amavit opus.

ALIUD
Nicolai Solnitro:

ARs divina ſatis; Paucis vix credita; Paucos,
Quos lactet, reperit, provida Diva ſinu.
Hæc Lethen, hominumque fidem, tum præpetis auſus
Ingenij ſuperat, vincit & orſa face.
Quis neget æthereo prognatam ſulgure: Solem
Dum ſimulans radijs, lumina cęca ferit.

Ars Memoriæ Poeſi apprimè Utilis.
D. Jo: Franciſci Barſanti
EPIGRAMMA.

NEquicquam ſcandis Parnaſſi devia Vates,
Mnemoſine faciles ni docet Arte vias.
Quid præcepta juvant tanto ſudore parata?
Si veluti ac ſudor protinus illa fluunt?
Quid iuvat inſomnes ſub Cyrrha ducere noctes, Grę-

Græca niſi vigili ſomnia mente ſedent?
Quid Phœbi in cartis pallente ſeneſcere vultu,
Si peritura legis, ſiq; legendo peris?
Mnemoſinen tollas, ſtudium jam deperit omne,
Et, quæ multa dedit, ſubripit una dies.
Hanc igitur totis amplectere viribus Artem,
Multa potes comite hac, hac ſine nulla potes.
Hac ſine, Permeſſi nequicquam flumina quæris,
Hac ſine, Permeſſi Tantalus alter eris.

EJUSDEM,

De D. Joanne Brancaccio Memoriæ Artem vindicante.

TETRASTICON.

CUm decertatam Memorandi vindicat Artem
Joãnes, Artẽ pugnat & arte dari,
Hac vel in Arte ſuum redd t Memorabile nomen,
Hac vel poſt cineres, vivet in Arte Memor.

AD U. I. D.

D. JOANNEM BRANCACCIO, Pro ſuo Artis Memoriæ opuſculo

Epigramma

D. ANTONINI FALSAPERLA.

HVic hebetes, ſtupidæque, rudeſq; accurrite mentes,
Ars ubi dat memores prodigioſa modos.
Senſerat hanc ſtygiis oblivio nata fluentis,
Horrendumq; imis mugiit ægra vadis:
Viderat hanc ævi Cuſtos, rerumque Miniſtra
Mnemoſine, & criſpis riſit amica genis.
Verſaque Joanni dixit tua ſcripta venenant
Lethen, Virtuti balſama honora ferunt.

De

De D. Joanne Brancaccio, Memoriæ Artem præbente, Anagramma numericum

D. NICOLAI FERNANDEZ DE MEDRANO.

Programma

D. JOANNES BRANCACCIO PANHORMITANUS.

1140.

Anagramma

ECCE SIMONIDES REDIVIVUS

1140.

Epigramma.

Simonides Artem Memorandi invenit Athenis,
Et fuit ingenio, sed magis Arte memor.
SIMONIDES REDIVIVUS adest nunc ECCE Joannes;
Ille Artem Actæis præbuit, Hic Siculis.

NOMINA AVCTORVM,

Ex quibus hoc opuſculum excerptum eſt. Qui aſteriſco notantur, de Arte Memoriæ ſcripſerunt.

A.

* Acontius.
* Adamus *Melchion.*
* Æneas Sylvius Abranius.
* Agricola.
* Aguilera.
Aimonius.
* Alberſtat.
* Albertus Magnus.
* Albertus *Michael.*
Albertus *Leãder.*
Alcæus.
Alcander.
Aldobrandinus
Alexander.
* Alphonſus de Marco.
* Alſtedius.
* Amaſæus.
* Amerbachius.
* Anacreon.
* Anonymus.
* Anonymus Alter.
* Anonymus Alter.
Antiſthenes.
* Antonius....
Apollonius Thyanæus.
* Apſinus.
* Aquavivius.
* Arelius.
* Ariſius.
Ariſtophanus.
* Ariſtotiles.
Ariſtoxenes.
* Arriaga.
* Artiga.

Art.

Art. Duck.
Aſchilus.
* Avenrois.
D. Auguſtinus.
Avila.
* Auſtriacus.

B.

* BAconus.
* Baldinus.
Bartolus *Daniel.*
* Baun.
Baudius.
* Becherus.
* Bejerlinck.
Bellarminus.
* Bergon.
* Bertramus.
Bias.
Blondellus.
*Blondius.
Blount.
Boccalinus.
Boccatius.
* Bonckmans.
* Boncherus.
Bonet.
Bordonus.
* Bosfeld.
Brandolinus.
Brietius.
* Brixius.
* Brunus.
* Brurenius.
Bruſſonius.
* Bullingerus.

C.

* CAccialupus.
Cæſar.
Cæſarinus.
* Calcagninus.
Callemachus.
* Camerarius.
Campenſis.
Caniſius.
* Cœlius Secũdus.
* Capella.
* Caſſaneus.
Caſſiadorus.
* Caſtrus.
Catullus.
* Celte.
*Chyterus.
* Cicero.
Claudianus.
* Claugerus.
* Coletus.

* Caramuel.
* Carbone.
* Cardanus.
* Carinus.
* Carneades.
Carrera *Petrus*.
Caſaubonus.
*Conimbricēſes.
* Contius.
Cottonus.
* Crucigerus.
Curtius.
Cuſpianus.
* Cyprianus.

D.

* DAn Lloidi Dannau-verus.
* Dathus.
Demoſthenes.
Dempsterus.
* Diagoras.
Digbæus.
Dion Caſſius.
* Dola.
Douſa.
* Drexellius.
* Drexerus.

E.

EIſengreinus.
Ell. du Pin.
Emmius.
Ennius.
* Eraſmus.
Erithræus.
Euripides.
Euſebius.

F.

FAber *Baſilius*.
Faber *Petrus*.
* Fereira.
* Fieinus.
* Folietta.
Forbennius.
* Fortias.
* Freigius.
* Friccius.
* Friſchlinus.
* Friſius.
* Fuchſius.
* Fycherus.

G.

G.

GArſias.
Gellius.
* Geſualdus.
* Gorgias.
* Gratalorus.
Gregoras.
* Gregorius Tholoſanus.
Grotius.
Groſſus.
* Gruterus.
* Guarinus.
Guido.
* Gulielmus.

H.

HAmel.
*Hegendorfinus.
Heilinus.
* Herbeſius.
Heſiodus.
D. Hjeronymus.
* Hippias.
Homerus.
Horatius.
* Horndroff.
* Horoſco.
Hoſius.

I.

JOannes Damaſcenus.
* Joſſet.
Jovius.
Junius.
* Juvenalis Annanienſis.
* Izgentinus.
* Izquerdus.

K.

KEkermannus.
* Kieſerus.
* Kinskolten.
* Kircherus.

L.

*LAncellotus.
*Lavinheta.
* Lorhardus.
Lorinus.

Leun-

* Caramuel.
* Carbone.
* Cardanus.
* Carinus.
* Carneades.
Carrera *Petrus*.
Caſaubonus.
*Conimbricēſes.
* Contius.
Cottonus.
* Crucigerus.
Curtius.
Cuſpianus.
* Cyprianus.

D.

* DAn Lloidi Dannaverus.
* Dathus.
Demoſthenes.
Dempsterus.
* Diagoras.
Digbæus.
Dion Caſſius.
* Dola.
Douſa.
* Drexellius.
* Drexerus.

E.

EIſengreinus.
Ell. du Pin.
Emmius.
Ennius.
* Eraſmus.
Erithræus.
Euripides.
Euſebius.

F.

FAber *Baſilius*.
Faber *Petrus*.
* Fereira.
* Fieinus.
* Folietta.
Forbennius.
* Fortias.
* Freigius.
* Friccius.
* Friſchlinus.
* Friſius.
* Fuchſius.
* Fycherus.

G.

G.

GArſias.
Gellius.
* Geſualdus.
* Gorgias.
* Gratalorus.
Gregoras.
* Gregorius Tholoſanus.
Grotius.
Groſſus.
* Gruterus.
* Guarinus.
Guido.
* Gulielmus.

H.

HAmel.
*Hegendorfinus.
Heilinus.
* Herbeſius.
Heſiodus.
D. Hjeronymus.
* Hippias.
Homerus.
Horatius.
* Horndroff.
* Horoſco.
Hoſius.

I.

JOannes Damaſcenus.
* Joſſet.
Jovius.
Junius.
* Juvenalis Annanienſis.
* Izgentinus.
* Izquerdus.

K.

KEkermannus.
* Kieſerus.
* Kinskolten.
* Kircherus.

L.

*LAncellotus.
*Lavinheta.
* Lorhardus.
Lorinus.

Leun-

Leunclavius.
Libanius.
Livius.
Longolius.
Lucianus.
Lycophrones.
Lyranus.

M.

MAcedus *Frãciscus.*
* Magirus.
* Magontius.
Majolus.
* Majoragius.
* Manſueti.
Manutius *Aldus.*
Manutius *Paulus.*
* Megiſerus.
* Mendoça.
* Metrodorus Sceptius.
Meurſius.
* Middendorpius.
* Minkouus.
Miræus.
* Mommeranus.
* Monleus.
Moreri
* Marafiotus.
* Marcellius.
* Marcus Julius Camillus.
* Mariguſius.
* Marta *Doctor.*
* Maſculus.
* Maſius.
* Mathematicus.
Morinus.
* Moſellanus.
* Moyrans.
Moyſes.
Muler. Nic.
Muretus.
* Murmellius.
Muſæus.
* Muſſus Cornelius.

N.

NAudius.
Nigronius.

OF-

O.

OFmannus.
Oppianus.
Orphæus.
* Oſerius.
Oſiander.
Owenius.
Oyeda.

P.

PAcius *Angelus*.
* Paëp.
Palladius.
Pamphilus.
* Panigarola.
Paterculus.
* Patritius.
S. Paulus.
* Payeno.
Pelbrat.
Perez *Jacobus*.
* Peruginus.
Peſcane.
Petrarcha.
* Phaoſpharus.
* Phavonius.
Pichardus.
Picus *Franciſcus*.
Picus *Joannes*.
Pindarus.
* Piſcator.
Pitſeus.
Plato.
PliniusSecũdus.
* Plotinus.
* Plutarchus.
Polias.
* Politianus.
Polydorus Virgilius.
* Porta.
* Portius Latro.
Poſſevinus.
Poſtellus.
Proclides.
Propertius.
* Publicius.

Q.

QUintilianus.

R.

* RAdelif.
* Ramus.
* Rauchinus.
* Ravellinus.
* Ravēnas *Petrus.*
Raviſius.
*Raym. Lullus.
Ray. Theophilus.
* Reiſch.
Rhò.
* Rhodes.
* Riccius *Matheus.*
* Robert.
*Romberch.
* Roſſellius.

S.

SAbellicus.
Sacra Scriptura.
* Salazar.
Salluſtrius.
Sander.
Sanderſon.
Sarzanus Arabs.
* Savanarola
Scaliger *Joſeph.*
* Scaynus.
Schalichius.
* Schenkelius.
* Schorus.
* Schoctus *Gaſpar*
Seldenus.
* Senectus.
* Seneca. *M. Annæus.*
Seneca. *Lucius Annæus.*
* Serra.
* Siberus.
Silvius.
* Silvius.
* Simõ Lucēſis.
* Simonides.
* Simplicius.
Sixtus Senēſis.
Solinus.
Sophocles.
* Spagēbergius.
* Spelta.
Statius.
Stephanus *Henricus.*
Steſicorus.
Strada *Famian.*

Sua-

Suarezius.
Svetonius.
Suidas.
* Sulpicius.

T.

TAcitus.
Tarsia.
Teissierius.
* Teutlerus.
* Thomas Aquinas.
* Trevellius.
Trigausius.
Theocritus.
Thuanus.
Tibullus.
* Timplerus.
* Toscanella.
* Trithemius.
Tuningius.

V.

VAlerius Maximus.
Vander Linden.
* Vargas.
Varro.
* Vatablus.
* Vegius.
* Velasquez.
Villadæus.
* Villanovanus.
* Virgilius.
* Vives.
Voëllus.
Volaterranus.
* Vossius.
* Wangēseilius.
Weber.
Westicensis.
* Weida.
* Wicellius.
* Willichius.
* Willius.
* Vulterius.
* Wimphelingg

X.

XEnophon.
Xilander.

Z.

* ZAnchieus.
* Zuiglius.

Y.

YPedius.

NOMINA EORUM,

Qui memoria floruerũt egregia.
Qui aſteriſco notantur Artificioſam Memoriam
sũt profeſſi.

A.

P. Adrianus Magõtius. pag. 167.
*Aexãder Macedo. 65.
Alexander Rhò. 161.
Alphonſus Toſtatus. 98.
Amalaſonta. 88.
* Amicus Petrarchæ. 95.
Ammonius. 82.
Andreas Maſius. 126.
P. Angelus Pacius. 139.
Antigonus. 66.
Antonius Ægyptius. 84.
Antonius Magliabechi. 185.
* Antonius Ravennas. 113.
* Antonius Trombetta 99.
Apollonius Thyanæus. 80.
* AppiusClaudius. 68.
Archippus. 61.
* Ariſtotiles. 63.
D. Auguſtinus. 87.
AuguſtinusBarboſa. 176.
* AuguſtinusHunnęus. 139.

Ber.

B.

* Bernardus Lavinheta. 165
* Boncherus. 186

C.

* Carmidas. 75.
* Carneades. 68.
Caſſius ſeverus. 70.
* Chriſtopharus Longolius. 115.
* Cicero. 74.
P. Claudius Aquaviva. 159.
* Claudius Cæſar. 78.
* Clemens VI. 93.
Craſſus. 57.
Comes Mediolani I. 90.
* Cornelius Muſſus. 128.
* Cornificius. 73.
* Corſicus Juvenis. 132.
Coſroês. 88.
* Cunhebertus Tonſtallus. 138.
Cyneas. 64.
* Cyrus Major. 60.
Cyrus Minor. 65.

D.

David Blondellus. 178.
Delrius. 148.
Demoſthenes. 63.
* Dominicus Antonius de Liutis. 100.
Dominicus Baudius. 147.

*Dominicus Georgius. 100.
* Dominicus de Maſſa. 100.
Druydæ. 62.

E.

*ERaſmus Roterodamus. 115.

F.

FRanciſcus Cardulus. 172.
* P. Fr̃aciſcus Macedus. 179.
* Franciſcus Molinus. 132.
* Franciſcus Panigarola. 143.
P. Franciſcus Raymundus. 185.
Franciſcus Rex Galliæ. 119.
P. Franciſcus Suarezius. 160.
Franciſcus Tygri. 95.
Fridericus I. 91.
*Francofurtenſis quidam. 162.

G.

GEnethilius pag. 89.
*Georgius Bollocus. 139.
Godefridus Lummius. 122.
Gregorius III. 89.
Gulielmus Poſtellus. 223.
Gulielmus Xilander. 131.

H.

HAdrianus Imperator. 80.
Hadrianus Junius. 22.
* Henricus Gravius. 139.
D. Hieronymus. 85.
Hieronymus Aleander. 117.

Hie-

*Hieronymus Cardanus. 120.
*Hyeronimus de Polichaſtris. 99.
*Hieronymus Veronenſis. 99.
*Hippias. 62.
*Hortenſius. 69.

I.

* IAcobus Chriton. 142.
P. Jacobus Laynez. 124.
Janus Douſa. 146. Indi 62.
Joachimus Camerarius. 118.
Joannes Avila. 127.
Joannes Baptiſta Caramba. 173.
*Joannes Baptiſta Porta. 146.
*Joannes Bateus. 167.
*Joannes Chetonus. 138.
*Joannes de Aquila. 90.
*Joannes de Canali. 100.
*Joannes Franciſci. 138.
*Joannes Longus. 138.
P. Joannes Lorinus. 171.
*Joannes Maria Riminaldus. 100.
Joannes Morinus. 177.
Joannes Palæſtinus. 83.
*Joannes Paëp. 186.
P. Joannes Perez. 165.
*Joannes Picus. 111.
*Joannes Seldenus. 174.
*Joannes Trithemius. 113.
*Jordanus Brunus. 186.

Jo-

P. Joseph Mazzara. 178.
* Joseph Scaliger. 140.
S. Irenæus. 81.
* Julius Cæsar. 73.
* Justus Jungmannus. 178.
* Izquerdus. 184.

L.

* LAmbertus Schēckelius. 157.
* Laurentius Bonincontrius. 118.
Laurentius Grana. 148.
* Leonellus de Bruturis. 100.
Lilius Gregorius Gyraldus. 118.
* Lucius Lucullus. 71.
* Lucius Scipio. 66.
Ludovicus Pontanus. 97.
Lysiades. 61.

M.

* MArcus Antonius. 128.
* P. Matthęus Riccius. 149.
Maurilius. 08.
Maximilianus I. Imperator. 131.
* Metrodorus Sceptius. 70.
* Michael Mauritius. 163.
* Mitridates. 75.
* Muretus. 136.

N.

NEpotianus. 84.
* Nero. 80.

Nico-

Nicoletus Theatinus. 99

O.

ORigenes. 82.

P.

* PAulus Boi. 140.
Paulus IV. 123.
* Petrarcha. 9.
* Petrus Canisius. 177.
Petrus Cottonus. 169.
Petrus Heylinus. 176.
* Petrus Roccabonella. 99.
* Petrus Thomasius Ravēnas. 99.
Petrus Trecensis. 113.
* Plato. 63.
* Portius Latro. 76.
Prosper Padianus. 129.
* Publicius. 186.

Q.

Q. Fabius Maximus. pag. 67.
Q. Mutius Scevola. 70.

R.

* RObertus Sanderson. 171.

S.

* SAbellicus. 114.
Salustius Syrus. 89.
Scotus. 92.
* Seneca *Marcus Annæus.* 77.
* Seneca *Lucius Annæus.* 78.
* Simonides Chius. 57.

Sim-

* Simplicius. 86.
Stanislaus Osius. 130.
Suessonienſis Puer. 89.

T.

THemiſtocles. 58.
Theodectes. 64.
Theodorus Beza. 126.
* Theodorus Metochites. 91.
* D. Thomas Aquinas. 92.
Thomas Dempſterus. 164.
Thomas Morus. 117.
* Thomas de Vio. 116.
* Thomas Watſonus. 138.

V.

VAlens Diaconus. 84.
Ubbo Emmius. 169.
* Virginius Cæſarinus. 188.

Z.

* ZBygneus Goraisk. 161

INDEX CAPITUM.

CAP. I.

ARtificiſæ Memoriæ diſciplina probatur. Objectionibus occurritur. pag. 1.

CAP. II.

De Inventore Artis Memoriæ: de Viris Illuſtribus, qui de ea ſcripſeruut; & de modo detegendi ſcripta eorum obſcura. pag. 27.

§. 1. Clavis univerſalis, quâ ſcripta obſcura Auctorum Artis Memoriæ aperiuntur, ac detegunter. pag. 42.

§. 2. De modo detegendi vocabula occultata. pag. 43.

§. 3. De Dictionibus, quæ longè diverſam à propria obtinent ſignificationem. pag. 47.

§. 4. De Abbreviationibus. 45.

§. 5. De Literis ſolutis, quæ pro integris dictionibus ſunt appoſitæ; & primò de Majoribus pag. 49.

§. 6. De Literis Minoribus. pag. 50.

CAP.

CAP. III.
De Admirabili Nonnullorum Memoria. pag. 55.
CAP. IV.
Paradoxa, quæ ex hac Arte nascuntur. pag. 187.
CAP. V.
Brevis Artis Memoriæ Idea. p. 197.
De Arte Memoriæ Grammatica. pag. 197.
De Arte Memoriæ Syllabica. p. 203.
De Arte Memoriæ Poëtica. pag. 203.
De Arte Memoriæ Topica. pag. 223.

ARS MEMORIÆ VINDICATA.

AUCTORE

JOANNE BRANCACCIO IRISCONSULTO PANORMITANO.

CAPUT I.

:ioſæ Memoriæ diſciplina pro- ur. Objectionibus occurritur.

MAGNAM aggredienti provinciam demonſtrandæ ARTIS, cujus Ope ad miraculum uſque naturalis augeatur me- licèt ſelectiſſimorum homi- uos ipſa, etiam rerum om- nagiſtra, experientia convi-

cerit, allevet auctoritas: eam nihilominùs exemplis, ac rationibus ſuſtinere adnitar, vel ipſo refragante Ariſtotele, qui effatur. *Rationem quærere, ubi ſenſus fidem facit, imbecillitas eſt intellectus.* Verumtamen cùm peritis multùm debeamus, imperitiſque, qui etſi mirabiles fateantur effectus, id naturali memoriæ, aut Magicæ Arti indecorâ fronte tribuant; non abs re obduratos negantium hanc Artem animos auctoritatibus emollire, ac rationibus convincere ſtudebo.

Inficiari poſſe minimè puto naturã ab Arte perfici; Ars enim quæ vel natura ipſa complere nequit, abſolvit, ut Peripateticorum Princeps aſſeverat *Phyſic. 2. cap. 3. text. 29.* ubi: *Ars alia quidem perficit, quæ natura non poteſt perficere; alia imitatur.* Divinus docet Plato *lib. 14. in Gorg.* ibi: *Peritia efficit, ut via noſtra per Artem incedat; Imperitia verò, ut temerè per fortunam circumagatur.* Et quod diſertiſſimus Pamphilus Poëta ſuadet,

Nam

Nam ſolet Ars dominum ſæpè juvare ſuum.

Ars animos frangit, vel firmas dirimit Vrbes,

Arte cadunt turres, Arte levatur onus.

Inde

Vſus, & Ars docuit, quod ſapit omnis homo.

Et rurſum

Sine Arte nunquam omninò natura eſt ſatis,

Quodcumque tandem ſtudium nominaveris,

Nec Ars adepta natura quicquam poteſt.

Enimverò quæ vis animi noſtri, quæ potentia, qui ſenſus, quod denique humani corporis membrum Arte perfici non poterit? Balbutiebat ſapientiſſimus Demoſthenes, cumque R. literam dicere non poſſet, naturæ iniuriam perſequebatur, utque contractum à teneris unguiculis vitium propulſaret, Artis conſilio, immiſſis ori calculis, ad maris littus adeò clamitabat, ut fractis ſuperatiſque linguæ impedimentis, Orator evaſerit facundus diſertus, eloquentiſſimus.

Artis identidem miraculo muti ab incunabilis, & ſurdi non ſolùm legere, characteres formare, variaſque diſciplinas edidicêre, quemadmodum noſtra ætas vidit in D. Hyacinto, D. Carolo, & D. Alberto Impellizzeri fratribus, ex nobilibus Netinis, & in Joanne, & Antonino Galbato Terræ Naſi; verùm etiam optati ſermonis noverunt uſum, gratasque alloquentium voces excepere. Hujus Artis inventio ab divite Divini ingenij auriſodinâ Joannis Pauli Bonet, Hiſpani exhauſta creditur, qui Comitis ſtabuli Caſtellæ fratri natu minori audiendi uſuram conceſſit, cujus ad aures nec immiſſus clamantium ſonus, nec fulmineus tormenti bellici boatus penetrabat, linguam ſurditatis vinculo alligatam ſoluit, qui exinde ſermones interſerens, Hiſpanicum, & Cambrobritannicum calluit idioma. Obſtupeſcente Artis prodigium Comite Kenelmo Digbæo: *in tract. de natur. corpor. cap.* 28. qui ſæpè ſæpiùs cum eo ſermones miſcuit. Et ad hoc quoque thema pertinet libellus ille à F. M. B. ab Helmont elucubratus; cujus

jus titulus, *Alphabeti verè naturalis breviſſima delineatio*: ubi duodeviginti ab utero mutos, & ſurdos mirabilis Artis medelâ curaſſe atteſtatur.

Nec mirum tot tantaque monſtra Artem in viventibus peperiſſe, cùm Albertus Magnus ſtatuæ arte purè naturali fabrefactæ vocem dederit, ne dicam ſenſum, (quod apud gravioris notæ Viros haud ambigitur) & planè plura ſimulacrum illud edidiſſet, ni D. Thomæ incuria, inſuetâ alloquentis imaginis voce territi, incuſſo verbere diſſolviſſet. Cujus ruinâ adeò indoluit, ut inclamaverit opus quadraginta annorum (triginta annorum ſcribunt Majolus, & Weberus *in Arte diſcurrendi*) confregiſti Thoma.

Hujuſmodi ad exemplum P. Athanaſius Kircherus *in ſua Muſurgia lib.* 9. aſſerit ineſſe ſibi animum conficiendi ſtatuam, quæ in conclavi poſita, aut in aere pendula quoslibet ſonos tam articulatos, quàm confuſos perfectiſſimè emittat; circũadſtantes, inquiens, eam alloquentem non ſine ſupercilio videbunt

& audient, obſervabunt oculorum motum, labiorum linguæque agilitatem, totiuſque corporis compagem quaſi animâ fruentis admirabuntur: cauſa tamen tanti arcani eos fallet, oculis in opere intentis illam per partes rimabuntur medio ex aere pendentem, nullo ſubnixam fulcimine, nulli contiguam canali, nullis animatam rotis, & proprijs oculis vix fidem adhibebunt; cùm, quo artificio condita ſit, quamve ſui motus machinationem habeat ignorent; & tamen reconditarum Artium copulatione id fiet. Nec abs re hìc Kircheri verba ſubnectere viſum eſt. *Quæcumque promitto in effectum infallibilem duci poſſunt, modum tamen (ne tam ſublimia arcanarum rerum myſteria, ac ſolis Magnatibus revelanda, cuivis obvia fiant) conſultiùs ſilentio ſupprimendum duxi.* Confluunt ad hoc Scothi verba *in magia Phonotec. Quis curioſorum non ardeat deſiderio ſecreti tam abditi, & mirabilis? Ego certè cum Romæ eſſem dicti P. Kircheri in re literaria ſocius, non ſemel ſollicitavi, ut id mihi pandere dignare-*
re-

retur. Pandit tandem multis precibus defatigatus. Sed eâ conditione, ne illud publici juris facerem. Artificium non est admodum difficile, quamvis multorum sumptuum. Inhæserat mẽti ejusdem P. Athanasij Artem propalare, atque statuam hujuscemodi Romano in Collegio suspendere, in adventum Christinæ Sueciæ Reginæ, eo artificio, ut adventantem salutaret, & ad interrogata responderet; sed ocyor Reginæ accessus, & diuturnus in opere conficiundo labor, vel etiam auri argentique caritas triumphos Arti, prodigium Urbi, Reginæ oblectationem ademerunt.

Ipse Intellectus Platonicis, Peripateticisque concordibus Arte perficitur. Raymundus Lullus non sine Divino numine Artem summo studio consummavit, quâ pueri decennes, & Idiotæ exiguo tempore ad omnium scientiarum assecutionem pervenire possint. Petrus Daguinus cùm anno trigesimo septimo ætatis vix prima habuisset literarum elementa, & Jacobus Tanuarius cùm septem peregisset lustra à literis penitùs alienus, sex dumtaxat men-

ſibus huic artificio incumbentes, (ut refert Gregorius Tholoſanus *lib. 1. ſynt. Art. mirab. cap. 7.*) omnium diſciplinarum encyclopediam ſunt adepti. Artis ejuſdem ope Petrus, & Jacobus cognomine Canterii, Germani Friſones cum unica ſorore pueri decennes (teſte eodem Tholoſano) in omni ſcientiarum genere diſſerentes, doctiſſimis Viris miraculo ſunt habiti.

Poëſis ipſa, in qua potiſſimùm natura dominatur juxta illud, *Poëtas naſci, Oratores fieri*, Arte perficitur. Nam Horatius mota hac quæſtione, utrum natura, an Ars plus ornamenti Poëtæ afferret, aliam ab alia ſejungi minimè poſſe, ſequenti concluſit carmine.

——— *Ego nec ſtudium ſine divite vena,*
Nec rude quod proſit video ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res, & conjurat amicè.

Imò ex Arte magna Raymundi Lulli artificium poëticum, teſte Kirchero, oritur; quo etiam Proſodiæ im-

imperitus illius Artis fiduciâ fretus, brevi temporis ſpatio carmina de quacumque materia componere poſſit.

Si igitur nulla res ſit; nullaque facultas cùm animi, tùm corporis inveniatur, quæ Arte perfici nequeat, quomodò hoc memoriæ, excellenti ac planè Divinæ facultati, denegatum ſit, non video.

Unum tantùm hìc animadvertendum velim; priusquàm Simonides Chius Artem memoriæ inveniſſet, me neminem inter illos vidiſſe, quos ob memoriæ excellentiam fama celebrat; ex quo ſatis certum illud Ciceronis *lib. 3. ad Heren.* deprehenditur: ubi. *Memoriam Arte confirmandam eſſe, ut ſit egregia*, inquit. Sed ad auctoritates tranſeamus, quibus niſi fidem adhibeamus, ſecundum Tullium ad Brutum ſemper pueri manebimus.

Artem memoriæ auctoritatibus probaturus, prætereo Angelum Politianum, Caſtrum, Cyprianum, Majoragium, Franciſcum Serra, & quotquot de Arte Rhetorica ſcripſerunt, qui in artificioſam naturalemque di-

dividendo memoriam, eandem ipsam Artem fassi sunt.

Non utar Polydoro Virgilio, Bejerlinck, Vossio, Brietio, Ofmanno, innumerisque alijs, qui non solùm Artem non contemnunt, sed ejus Inventorem Simonidem Chium fuisse tradũt: Unde Owen. *lib.* 3. *dist.* 4.

Simonides olim memorandi reppe-
rit Artem.

Nullas adhuc Artem repperit In-
genij.

Missos facio Athanasium Kircherum, Sebastianum Izquerdum, P. Matthæum Riccium, Cardanum, Raymundum Lullum, & infinitos alios in cap. seq. recensendos, quibus tanti fuit hæc Ars, ut de ea non minùs necessarium, quàm utile, integros cõscribere libellos existimarint.

Sabellicum, qui *lib.* 10. *exemplorum cap.* 3. ita de memoria loquitur. *Constat id bonum naturæ beneficio, augetur tamen, & excolitur Arte.* Et multa mirabilia de Antonij Ravennatis propè Divina memoria narrans, subjungit. *Sed hæc Artificij sunt non naturæ.* Gregorium Tholosanum *lib.* 12. *de Republ. cap.* 14.

n. 2.

n. 2. ubi. *In Arte memorativa Imaginum usus apud discentes præstantiss. simus, & necessariissimus visus est. Imo & Imagines literis præferendas pro memoria voluisse videtur Plato in Phædro, & Timæo, quando usus literarum obstare memoriæ ait, videlicet quòd ea, quæ scriptis veluti custodire desinimus, & ipsa securitate dimittimus.* Julium Solinum *in præfat. Polyhistor. cap. 7.* dicentem. *Memoriam ex Arte fieri palam factum est.* Plinium secundum *lib. 7. Histor. natural. cap. 24.* ibi *Ars postremo ejus rei facta est à Simonide Melico, consummata à Metrodoro Scepsio, ut nihil non iisdem verbis redderetur auditum.*

Neque ad Petrarcham confugiam, qui *lib. 2. rer. memor.* ità inquit. *Artificiosa memoria in Græcia reperta apud nos hodie vulgata est.* Non ad Cælium Calcagninum *in comp. Rhetor.* ità scribentem. *Et nos videmus Arte imaginum, & locorum memoriam adjuvari. Nam loeis pro cæra, simulacris pro literis nos uti Cicero existimat.* Nõ ad Theophilum Raynaudum qui *lib. 2. sect.*

2. *cap.* 2. *de Virtut. & Vit.* poſt nonnulla hujus Artis præcepta hæc ſcribit. *His aliiſque ſubſidiis, Porcius Latro, & alij quidam, naturâ felicis memoriæ, Arte tamen eam juvabant, ut teſtatur Seneca in prohæmio primi controvcrſiarum. Et idem præſtandum eſt omnibus, ne hoc prudentiæ inſtrumentum evigeſcat, & rubigine abducatur.* Non ad P. Petrum Joſſet S. I. qui ſic de ea cecinit.

Et quamquam ipſa juvat facilis natura cerebri,
Arte tamen vis illa memor, curaque juvanda eſt.

Non inquam ad Drexellium, qui in *Auriſodina cap.* 4. *part.* 3. ſic ait. *Ordini appono imaginationem in firmanda memoria longè fidiſſimam. Noris probè diſponere, firmè imaginari, & primarium memoriæ artificium jam tenes. De diſponendi, & imaginandi modo nil quære amplius. Hæc nimiùm arcana ſunt, quæ ſi velim non poſſim enunciare; ſit aliquid de quo liceat dicere cum Laniſta illo. Hoc paleſtræ artificium te non docui. Tu tuo te marte juvabis. Senibus memoriam labare dicunt,*

at

at iſta de qua loquimur geminis illis præſidijs firmata cum ætate non deficit, ſed creſcit, quo ætas grandior, hoc illa firmior, ſenio vireſcit. Nec enim ſenectus minus ordinatè diſponere, aut minùs firmè imaginari poteſt, quàm Juventus, & virens ætas. Imò utrumque illud Seni expeditius eſt quàm Juveni. Senes igitur ad illam memoriam plus habet ſubſidij, quàm Juvenis. Non ad Bartholomeū Caſſanæum *in Catalog. Glor. mundi.* ubi non ſolùm Artem fatetur, ſed & ejus præcepta tradit. Non ad Ludovicum Vives *qui lib. 2. de Anima fol. mihi 519.* hæc inquit. *Quo circa, & qui recordari aliqua cupiunt, diligenter attentèque ordinem eorum animadvertunt, quæ mandant memoriæ, & Artis hujus Magiſtri loca quædam diſcipulis ſuis ediſcenda exhibent. Nam quæ ſimul sunt à phantaſia comprehenſa, ſi alterum occurrat, ſolet ſecum alterutrum repreſentare: unde ſedes illæ exiſtunt in artificio memoriæ, quippe ad aſpectum loci de eo venit in mentem, quod in loco ſcimus eveniſſe, aut ſitum eſſe.* Non denique ad Caramuelem,

qui

qui *in apparat. Philoſoph. lib.* 1. ſic effatur. *Artificialem enim reminiſcendi methodum multi Viri promittunt, & me Judice negari nequit, memoriam poſſe, & ſolere artificio juvari.*

Sed ad eos confugiam, quorum dicta pro Oraculis habemus, ac quorum ſcripta quotidiè manibus terimus, oculis percurrimus, mente inſequimur (ſed utinam aſſequeremur.) Loquor Platonẽ qui in *Theæteto, vel de ſcientia, & in Phædro, & Timæo* hujus Artis primordia nos docet, ac ſpecimen nomine Hippiæ oſtendit. Loquor Ariſtotelem, qui non ſolum in *lib.* 3. *de Anim.* de hac Arte mentionem fecit, verùm librum etiam integrum de ea conſcripſit. Loquor Ciceronem, qui *lib.* 3. *ad Heren.* ità ait. *Placet nobis eſſe Artificium memoriam, in qua multùm valet Ars, & præceptio.* & mox. *Sunt igitur duæ memoriæ una naturalis, altera Artificioſa. Naturalis eſt ea, quæ noſtris animis inſita, & ſimul cum cogitatione nata. Artificioſa eſt ea, quam confirmat inductio quædam, & ratio præceptionis, utraque altera ſeparata minùs erit*

fir-

firma . ita tamen ut multò plùs in doctrina atque Arte præsidij sit. Sed quia in cæteris rebus ingenij bonitas imitatur sæpè doctrinam , Ars porro naturæ commoda confirmat, & auget , ita fit in hac re , ut nunquam naturalis memoria si cui data est egregia , similis est huic Artificiosæ . Porrò hæc Artificiosa naturæ commoda retinet ratione doctrinæ. & paulò post. *Quapropter & naturalis memoria præceptione confirmanda est, ut sit egregia , & hæc quæ doctrina datur indiget ingenio .* & *lib.* 2. *de Orator.* propè finem . *Gratiam habeo Simonidi illi Chio , quem primum ferunt Artem memoriæ protulisse .* Loquor Quintilianum qui *lib.* 11. *instit. Orat.* sic inter alia de hac Arte scribit . *Nesciretur tamèn quanta vis esset ejus , quanta divinitas illa , nisi in hoc lumen orandi vim extulisset : non enim rerum modò , sed etiam verborum ordinem præstat , nec pauca contexit , sed durat propè in infinitum , & in longissimis actionibus priùs audiendi patientia , quàm memoriæ fides deficit . Quod & ipsum argumentum est , subesse Artem aliquam ,* ju-

varique naturam ratione, cùm idem docti facere, illudque indocti, & ineſercitati non poſſumus. M. Annæum Senecam loquor, qui in *prohæm. declamat.* ſic ait. *Memoria natura quidèm felix, ſed plurimùm adjuta Arte.* Et nonnulla tenacis atq; invictæ memoriæ Portij Latronis Juvenibus ſuis ſpecimina expromens, hæc ſubdit. *In illo non tantùm naturalis memoriæ felicitas erat, ſed Ars ſumma, & ad apprehendenda quæ tenere debebat, & ad cuſtodienda.* Et paucis interpoſitis. *Video vos, Juvenes mei, plus juſto ad hanc ejus virtutem obſtupeſcere. Alia Vos in illo mirari volo. Hoc quod tam vobis mirum videtur, non operoſa poteſt tradi Arte. Intra exiguum pauciſſimorum dierum tempus, poterit quilibet facere, quod Cyneas fecit, qui miſſus a Pyrrho legatus ad Romanos poſtero die novus homo, & Senatum, & omnem urbanam circumfuſam Senatui plebem, nominibus ſuis perſalutavit. Aut quod ille fecit, qui recitatum à Poëta carmen novum, ſuum eſſe dixit, & protinus memoria recitavit: cùm ille cujus*

car-

carmen erat facere non posset. Aut quod fecit Hortensius, qui à Sisenna provocatus, in auctione persedit diem totum, & omnes res, et pretia, & emptores ordine suo argentarijs recognoscentibus, ità ut in nullo falleretur, recensuit. Cupitis statim discere, suspendam cupiditatem vestram; & faciam alteri beneficio locum. Loquor Plotinum sic *in lib. de dub. Anim.* dicentem. *Memoria Arte perficitur sicut & aliæ facultates.* Loquor Albertum Magnum qui *tom. 5. tract. 2. de memor. càp. 3. tit. de modo, & Arte reminiscendi* fusissimè de ea scribit. Loquor Thomam Aquinatem qui sic inter cætera habet *in aureo volumine, quod summa vocatur*: 2.2.qu. 49. A. 1. R. ad 2. *Memoria non solum à natura proficiscitur, sed etiam habet plurimùm Artis.*

Ecquid Rhetores memoriam in Naturalem, & Artificiosam dividitis? Ecquid eruditi Viri Simonidem Artis memoriæ Inventorem fuisse traditis? Si chimærica hæc Ars? Ecquid optimi Patres de ea integros conscribitis libellos? Si nulla sit Ars me-

mo-

moriæ? Ecquid Plato, Ariſtoteles, Quintiliane, Seneca, Plotine, Alberte Magne, Thoma, hanc Artem admiramini, magnoque habetis in pretio? & tu Marce Tulli gratiam habes Simonidi illi Chio, quem primum ferunt Artem memoriæ protuliſſe? Si nullum aut parvum commodum, nullamque aut exiguam utilitatem ex ea conſequi poſſumus? Aut ſanè inſani Vos mendaces, ignavi: Aut qui hanc Artem inficiantur Ariſtarchi, Zoili, Momi, rabuli, tribulique optimorum Auctorum reputandi; eligat lector utrum velit, dum ego ad hoc ipſum experientiâ probandum accedo.

Memor illius ſententiæ Ariſtotelis *de gener. anim. cap.* 10. ubi *Rationi fidem adhibendam eſſe* (inquit) *ſi quæ demonſtrantur; conveniunt cum rebus, quæ ſenſu percipiuntur*; nonnulla ex innumeris, quæ cap. 3. extant, hujus Artis ſpecimina recenſere opere pretium duxi.

Seneca *in probæm. declamat.* fatetur hujus Artis ope duo nominum millia, eodem quo dicta eſſent ordine, recitare poſſe; quin etiam da-

tos

tos verſus ſingulos à ſingulis auditoribus, cùm pluſquam ducenti numero eſſent, exordiendo ab ultimo ad primum uſque retuliſſe.

Senecæ non ceſſit Portius Latro, qui hac Arte adjutus (teſte eodem Seneca) declamationes quaſcumque dixerat, omnes memoriâ tenebat, ajebatque ſupervacuos ſibi feciſſe codices; cùm cogitata in animo ſcriberet; eiq; memoria in nullo unquam verbo deficeret.

Vicit Portium Latronem Joſeph Juſtus Scaliger, qui beneficio hujus Artis, præter omnigenam cùm linguarum, tum ſcientiarum cognitionẽ, vigeſimo & altero die (teſte Drexellio) cuncta Homeri opera memoriæ mandavit; & intra quatuor menſes Poëtas Græcos omnes auditus eſt recitare.

Scaligerum ſuperavit Corſicus quidam Juvenis, qui hac Arte (teſte Mureto) multa nomina Græcæ, Hebraicæ, Latinæ, ac nullius etiam ſignificationis, quæ ſemel audierat, recto retrogrado, & intercalari ordine, recẽſebat. Eodemque ipſo modo triginta ſex millia recitare poſſe citra

ja-

jactantiam affirmabat.

De His omnibus triumphavit Petrus Ravennas hujus Artis Magister, qui cõciones ſemel auditas ſtatim ijsdem verbis reddere cõſuevit; Corpus utriuſque Juris Civilis, ac Canonici, Sacras quoq; paginas, & infinitos Hiſtoricorum, & Poëtarum locos memoriter calluit.

Petro Ravennati palmam ambiguam reddidit P. Matthæus Riccius S. I. Hic enim Artis memoriæ opibus (teſtibus P. Joanne Rhò, & P. Daniele Bartolo) ad Sinarum animos Evangelio præparandos uſus eſt. Concilianda erat aliquantula ſapientiæ fama, ut illorum effrenatam circa ſciẽtias ſuperbiam ſuppeditaret. Linguam Sinicam brevi temporis ſpatio percalluit. Leges Sinarum omnes, ut facilè eas confutaret, ad verbum edidicit; & multa vocabulorum millia ſemel audita vel lecta, nũquam & nuſquam inſiſtens aut cuntabundus, fidiſſimè reddere ſolemne habuit.

Sed ne obſoletis, & externis tantùm utar exemplis, unum recens & noſtrum ſubijciam. Intra unius ho-

horæ ſpatium practicè, & nullis præ-habitis hujus Artis præceptis, nobilem adoleſcentem, tertium vix attingentem luſtrum, ita inſtruxi, ut ipſe centum inſtitutionum titulos ſtatim memoriæ mandaret, & quæſitus quovis ordine eodem tempore recitaret; pauciſque interiectis diebus ex mea praxi feliciter omnes utriuſque Juris civilis ac Canonici, trium etiam librorum Pragmaticarum rubricas (ad duo ferè millia) ità percalluit, ut dato quolibet titulo, putà *de Foro competenti*, ſtatim expeditèque reſponderet, Titulus eſt decimus tertius Libri Tertii Codicis, Primi libri pragmaticarum decimus, & Decretalium, Sexti, atque Clementinarum Libri ſecundi ſecundus. Quis adeò pertinax, ut ex ungue oſtenſo non agnoſcat Juvenem hunc, nondum quartum egreſſum luſtrum, Corpus civile (quemadmodum Petrum Revennatem, multoſque alios hâc Arte adjutos feciſſe conſtat) memoriæ tradere poſſe? Sed hæc ijs, qui hanc Artem penitùs lacerant, dilaniantq; dixiſſe ſufficiat.

Benigniùs nonnulli ſe gerunt cum

cum Arte noſtra: Ipſam affirmant, at ſimul jure reſiſtente perfidi calumniatores ream inſcribunt; utpote maleficam atque mentis deſtructivam, & temerè ſcioli iſti ex ea hebetes reddi, fierique phantaſticos hujus ſtudij alumnos inſulsè prædicant; Quibus libenter aſſentior, ſi eos exiſtiment phantaſticos, pro ut eſſe ſuadent Plato, & Ariſtoteles *lib.* 3. *de Anim.* nimirum quòd *oportet phantaſmata ſpeculari*: ſecus autem ſi fatuos, aut inſanos, alioquin Philoſophorum Theologorũque Principes fatui & inſani eſſent inſimulandi.

Sunt & alij, qui hujus Artis fundamentorum exilitate offenduntur, impoſſibileque eis videtur, memoriam quatuor tantùm illis auxilijs, Loci nempè, Imaginum, Ordinis, & Locorum & Imaginum Praxeos adjutam, mirabilia illa poſſe conficere. At quis non videt paucis literis illam immenſam varietatem ſonorum vocis humanæ comprehendi, quibus conſcriptæ, & traditæ diſciplinæ tot, quibus etiam ipſa Religio continetur? Tribus etiam clavibus, ſexque notulis Artem tam

ex.

excellentem (Muſicam loquor) oriri? Si igitur omnium ſcientiarum, atque Artium parva cognoſcantur eſſe fundamenta, hujus Artis etiam talia eſſe, mirari minimè debent.

Nec deſunt lividi Ariſtarchi, qui in hanc Artem ſevientes, eam de infando Necromantiæ crimine imprudentiùs accuſare non erubuerint. O peſſimam hominum ſpeciem! ſuo alienum metiuntur ingenium, quodque ſe aſſequi poſſe deſperant, maledictis proſcindunt, gloriamque Deo denegantes, qui humano id ingenio præſtitit, Diabolo tribuunt. Quæsò quiſquis es Ariſtarche? P. Matthæus Riccius, Franciſcus Panigarola, Cornelius Muſſus, Ipſe D. Antonius Florentinus, D. Thomas ipſe, quibus tanti fuit hæc Ars, ut etiam de ea ſcripſerint; Necromantæ ne fuerunt? taces? negari cogeris. Hinc digito labellum preme, tuamque miſer deſle ineptiam, tanti muneris exors.

Reperiuntur & alij ſanè inertes (ſic eos appellat Cicero) qui prima philoſophiæ elementa non attendentes, aut applicare herclè ne-

neſcientes, vel forſan non intelligentes: ſenſibiles figuras memoriæ prodeſſe poſſe negant: affirmantque gravare potiùs quàm relevare; nam ubi ſine Arte recolendæ ſunt res: cum Arte obligamur recolere res, locos, & imagines plurimas, quibus nulli dubium eſſe ajunt, magis memoriam naturalem confundi, & implicari. Quos ad objecti ſolutionem nobis arridet, ut ipſos potiùs alloquatur, & ſimul fulminet eloquentiæ Princeps. *lib. 2. de orat.* prope fin. ubi: *Nec verum eſt quod ab inertibus dicitur opprimi memoriam imaginum pondere & obſcurari etiam id, quod per ſe tenere natura potuiſſet. Vidi enim Ego ſummos homines, & Divina propè memoria; Athenis Carneadem, in Aſia, quem vivere hodiè ajunt, Scepſium Metrodorum; quorum uterque tanquam literis incæra, ſic ſe ajebat imaginibus in ijs locis, quos haberet, quæ meminiſſe vellet præſcribere.*

Riſu potiùs, quàm reſponſione dignum videtur aliorum objectum, qui etſi ſentire & agnoſcere vim Artis non negarent: Circulatorum tamen

priam esse putant. Nec mirari non possum, quomodo Baconus *de augm. scient.* & Boccalinus *in suo Parnas.* illum illorum sequantur opinionem. Ego sanè ipsis facilè consenserim, si Platonem, Aristotelem, D. Thomam, aliosque hujus generis, amantissimos admirandæ Artis nostræ Asseclas, & Præceptores, circulatores fuisse faterentur & ipsi. Non hìc Baconum, & Boccalinum reprehendendos volo; Me etenim non latet hosce Viros, communi peritiorum plausu in Republica literaria acceptos, eminentiorem locum obtinuisse. Sed cùm, *Nullum est opus* (ait Xenophon) *in quo non accusentur homines, & difficile est ità quicquam peragere, ut nihil erres.* Eos cum Xenophonte excusatos rogo.

Vulgus tandem, cùm hæc Ars minimè sit vulgaris, multas adglomerat calumnias. Hinc corvi crocitant, hinniunt equi, rudunt asini: cùm tamen: *Turpe est* (inquit Aristoteles) *sollicitum esse ad quemlibet interrogantem respondere*: Corvi adcrocitent corvis, equi equis adhinniant,

niant, asinis adrudant asini.

Ad hanc igitur Artem toto conatu animum studiosi Juvenes intendite; quâ dormiens memoria excitatur à somno, labilis fit tenax, ignobilis nobilitate donatur; parva suscipit incrementum, movetur immobilis, mortua reviviscit; quæ si naturâ vigilans ac tenax, nobilis & clara, mobilis & vivax aliquo extiterit in homine, in eo ipso Artificio præstantem adeo fore cum Julio Nigronio pollicemur, ut illo imbutum omnibus fortunæ muneribus egregiè pollere, nomenque suum æternitati consecrare, operæ sanè quidem erit minimè difficilis. *Non habet* (inquit laudatus Auctor *in princip. orat. 25.*) *Memoria quidem parem in singulis hominibus capacitatem, constantiam, fidem; at per Artem, & exercitium in prodigium usque miraculumque progreditur in nonnullis, & diligētissimus quisque potest ex ea culta atque exercita nominis immortalitatem comparare sibi, commoda in suos, & decus in patriam derivare.*

CA-

CAPUT II.

De Inventore Artis Memoriæ: de Viris illustribus, qui de ea scripserunt: & de Modo detegendi scripta eorum obscura.

HUjus tàm admirandæ & propè divinæ Artis Inventor fuit Simonides Chius Poëta lyricus; ait enim Cicer. *lib. 2. de Orat. Cum cenaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem, & nobilem, cecinisset que id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa orandi causa Poetarum more in Castorem scripta,*

ta, & Pollucem fuiſſent, nimis illum ſordidè Simonidi dixiſſe, ſe dimidium ejus ei, quod pactus eſſet pro illo carmine daturum: reliquum à ſuis Tyndaridis, quos æquè laudaſſet, peteret, ſi ei videretur. Paulò poſt eſſe ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret, Juvenes ſtare ad januam duos quoſdam, qui eum magnoperè evocarent: Surrexiſſe illum ipſum, prodiſſe, vidiſſe neminem. Hoc interim ſpatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidiſſe, eâ ruinâ ipſum oppreſſum cum ſuis interiſſe: quos cùm humare vellent ſui, neque poſſent obtritos internoteſcere ullo modo, Simonides dicitur ex eo, quod meminiſſet, quo eorum loco quiſque cubuiſſet, demonſtrator uniuſcujuſque ſepeliendi fuiſſe. Hac tum re admonitus inveniſſe fertur, ordinem eſſe maximè, qui memoriæ lumen afferret. Eam autem dein ſummo excoluerunt ſtudio Metrodorus Scepſius in Aſia, Athenis Carneades, & innumeri Græci. Plato *in Theæteto, vel de ſcientia, & in Phædro, & Timæo.* Senec. *de Anim. cap.* 3.

Cic.

Cicer. *ad Heren. lib.* 3. & *de Orat. lib.* 2. Albertus Magnus *tom.* 5. *de memor. cap.* 3. *de modo & Arte reminiſcendi*, D. Thomas Aquinas *in comment. ad Ariſtot. lib.* 3. *de anim. & in ſumm.* 2. 2. *quæſt.* 49. A. 1. R. ad 2. Abbas Trithemius *in Polygraphia*, Jacobus Sulpicius, Franciſcus Petrarcha, Quintilianus *lib.* 11. *Orat.* Caſtrus, & Cyprianus *in ſuis Rhetoricis*, Martianus Capella, Oratius Toſcanella, Herbeſius *lib.* 5. *de Orat.* Ludovicus Carbone *de offic. Orat. lib.* 5. Joannes Voëllus S. I. *de Oratore lib.* 4. *cap.* 22. Libanius Sophiſta *declam.* 42. *de Orat.* & quotquotde Arte Rhetorica ſcripſerunt; cùm hæc Ars pars Rhetoricæ ſit. Jacobus Perez, Simon Lucenſis, F. Laurentius Guillelmus, Antonius Ravennas, S. Antonius Florentinus, Peruginus, Solinus, Sennectus, Sebaldus Mariguſius, Nicolaus Weida, Areſius *in Arte concionaudi*, Conradus Celte, Hjeronymus Teutlerus, Kekermanus, Marcus Julius Camillus *in ſuo theatro*, Antonius Scaynus, Ludovicus Vi-

ves *lib. 2. de Memor. & record.* Theophilus Raynaudus *lib. 2. sect. 2. cap. 2. de virtut. & vitijs*. Michael Angelus de Bergon *in prax. singular. & utilissim. virtut.* Petrus Izquerdus *in Phar. scientiarum disp. 32. quæst. 1. n. 43. fol. 365. tom. 2.* & quotquot de Arte Lulliana scripserunt. Gregorius Reisch *in Margar. Philosophic. lib. 3. fol. 1045.* P. Athanasius Kircherus *in Arte magna sciendi, sive combinat. lib. 21. cap. 4.* Juvenalis Annanienſis *Ord. Capucin. in Synopſ. Art. magn. sciendi* §. 20. Cardanus *in Mnemoſynon lib. 1. fol. mihi 226.* Franciſcus Serra *in Apparat. ſynonim. in method. Rhetor ic. verb. Memoria*, Joſeph Phavonius *in tract. de hominis excellentia*, Alphonſus de Marcho *in lib. formalitatum Divi Thomę tract. 3. de memor. & reminiſcent. fol. mihi 61.* Simplicius *lib. 3. de anim. in Ariſtotel.* Paulus Joſeph Arriaga S. I. *Rhetor. Chriſt. part. 5. capit. 3. fol. 319.* P. Petrus Rhodes S. I. *lib. 3. diſp. 18. qu. 3. ſect. 1. fol. 516.* P. Henricus Marcellius *in ſuo Armamentario ſcientifico part. 4. tit.*

40.

40. *dis.* 3. Conimbric. *in lib. de Memor. ca.* 8. & 9. Rauchinus, Desiderius Erasmus Roterodamus *lib.* 3. *fol. mihi* 235. Antonius Maria Spelta *post cõment. ad contexen. epistol. fol.* 164.

Integris libellis hanc Artem illustrarunt idiomate Græco; Gorgias, Apsinus Rhetor Athenienſis cujus Interpres Federicus Morellius; Aristoteles, cujus Interpres Frãciscus Vatablus, & Diagoras Philosophus Athenienſis, Aristoxenus Patriâ, & Philosophiâ Cyreneus.

Idiomate Latino, Joannes Austriacus *de Memoria Artificiosa. Argentorati, apud Bertramum anno* 1603. *in* 8. Joannes Michael Albertus *de omnibus ingenijs augendę Memorię. Bonan. anno* 1591. *in* 4. Joannes Baptista Porta, Neapolitanus *de Arte reminiscendi Neapol. apud Joan. Bapt. subtilem anno* 1611. *in* 4. Joannes Romberch. *Congestorium Artificioſę Memorię. Venetijs apud Gregorium de Rusconibus* 1520. *in* 8. Joannes Paëp, Galbaicus. *Artificioſę Memoriæ fundamenta ex Aristotile, Cicerone, Thoma Aquinate, &c.*

Lugduni apud Bartolomæum Vincentium anno 1619. *in* 12. Idem alios duos de hac Arte libellos edidit, quorum primo titulum affixit, *Schenckelius detectus, seu Memoria Artificialis. Lugduni apud Bartolom. Vincentium anno* 1617. *in* 12. & Secuudo, *Introductio facilis in praxim Artificiosæ Memoriæ impress. ibid. apud eundem anno* 1618. *in* 12. Joannes Aguilera *de Arte Memoriæ*, Joannes Spangenbergius *de Artificiosa Memoria. Witebergæ anno* 1571. *&* 1597. *in* 8. Joannes Wilisius *de Mnemonica, sive Reminiscendi Arte, è puris artis, naturæque fontibus hausta, & in tres libros digesta. Lond. apud Joannem Billium anno* 1618. *in* 12. Joannes Henricus Alstedius *Trigæ canonicæ*, quarum prima est, *dilucida Artis Mnemologicæ explicatio*; Secunda, *Artis Lullianæ Architectura & usus*; Tertia, *Artis Oratoriæ novum magisterium*. *Francofurti, apud Antonium Humm. anno* 1611. *in* 8. scribit etiam de hac Arte *in Encyclopedia*. P. Epiphanius de Moyrans Capuccinus, Bur-

gun-

gundus libellum condidit, cujus titulus: *Ars Memoriæ admirabilis omnium nescientium excedens captum.* Joannes Boncherus, *Ars Memorativa. Lugduni apud Barthol. Vincentium anno* 1619. *in* 8. Jordanus Brunus *de Umbris idearum implicantibus Artem Memoriæ. Parisijs, apud Ægidium Corbinum anno* 1582. *in* 8. Idem, *de Imaginum, signorum, & idearum compositione. Francofurti, apud Joãnem Vuechelum anno* 1591. *in* 8. Jacobus Publicius Florentinus *de Arte Memoriæ. Venetijs, apud Ratdolt. anno* 1485. *in* 4. Adamus Brixeus, *Simonides Rediviva, sive Ars Memoriæ, & oblivionis tabulis expressa. Lipsiæ, apud Thomam Schererum* 1610. *in* 4. M. Franc. Martinus Ravellinus, libellum conscripsit hoc titulo signatum: *Ars Memoriæ exẽplis aucta, apud Theodor. de Bris anno* 1617. *in* 8. Anonymus, *Brevis tractatus de utilitatibus, & effectibus admirabilis Artis Memoriæ. Argentinæ, apud Eberh Zetzn anno* 1620. *in* 8. Anonymus alter, *de Arte Memoriæ localis plenius, & luculen-*

neſcientes, vel forſan non intelligentes: ſenſibiles figuras memoriæ prodeſſe poſſe negant: affirmantque gravare potiùs quàm relevare; nam ubi ſine Arte recolendæ ſunt res: cum Arte obligamur recolere res, locos, & imagines plurimas, quibus nulli dubium eſſe ajunt, magis memoriam naturalem confundi, & implicari. Quos ad objecti ſolutionem nobis arridet, ut ipſos potiùs alloquatur, & ſimul fulminet eloquentiæ Princeps. *lib. 2. de orat.* prope fin. ubi: *Nec verum eſt quod ab inertibus dicitur opprimi memoriam imaginum pondere & obſcurari etiam id, quod per ſe tenere natura potuiſſet. Vidi enim Ego ſummos homines, & Divina propè memoria; Athenis Carneadem, in Aſia, quem vivere hodiè ajunt, Scepſium Metrodorum; quorum uterque tanquam literis incæra, ſic ſe ajebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quæ meminiſſe vellet præſcribere.*

Riſu potiùs, quàm reſponſione dignum videtur aliorum objectum, qui etſi ſentire & agnoſcere vim Artis non negarent: Circulatorum tamen

priam esse putant. Nec mirari non possum, quomodo Baconus *de augm. scient.* & Boccalinus *in suo Parnas.* stultam illorum sequantur opinionem. Ego sanè ipsis facilè consenserim, si Platonem, Aristotelem, D. Thomam, aliosque hujus generis, amantissimos admirandæ Artis nostræ Assecias, & Præceptores, circulatores fuisse faterentur & ipsi. Non hìc Baconum, & Boccalinum reprehendendos volo; Me etenim non latet hosce Viros, communi peritiorum plausu in Republica literaria acceptos, eminentiorem locum obtinuisse. Sed cùm, *Nullum est opus* (ait Xenophon) *in quo non accusentur homines, & difficile est ità quicquam peragere, ut nihil erres.* Eos cum Xenophonte excusatos rogo.

Vulgus tandem, cùm hæc Ars minimè sit vulgaris, multas adglomerat calumnias. Hinc corvi crocitant, hinniunt equi, rudunt asini: cùm tamen: *Turpe est* (inquit Aristoteles) *sollicitum esse ad quemlibet interrogantem respondere*: Corvi adcrocitent corvis, equi equis adhinniant,

niant, asinis adrudant asini.

Ad hanc igitur Artem toto conatu animum studiosi Juvenes intendite; qua dormiens memoria excitatur à somno, labilis fit tenax, ignobilis nobilitate donatur; parva suscipit incrementum, movetur immobilis, mortua reviviscit; quæ si naturâ vigilans ac tenax, nobilis & clara, mobilis & vivax aliquo extiterit in homine, in eo ipso Artificio præstantem adeo fore cum Julio Nigronio pollicemur, ut illo imbutum omnibus fortunæ muneribus egregiè pollere, nomenque suum æternitati consecrare, operæ sanè quidem erit minimè difficilis. *Non habet* (inquit laudatus Auctor *in princip. orat.* 25.) *Memoria quidem parem in singulis hominibus capacitatem, constantiam, fidem; at per Artem, & exercitium in prodigium usque miraculumque progreditur in nonnullis, & diligētissimus quisque potest ex ea culta atque exercita nominis immortalitatem comparare sibi, commoda in suos, & decus in patriam derivare.*

CA-

CAPUT II.

De Inventore Artis Memoriæ: de Viris illustribus, qui de ea scripserunt: & de Modo detegendi scripta eorum obscura.

HUjus tàm admirandæ & propè divinæ Artis Inventor fuit Simonides Chius Poëta lyricus; ait enim Cicer. *lib. 2. de Orat. Cum cenaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem, & nobilem, cecinisset que id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa orandi causa Poetarum more in Castorem scripta,*

ta, & Pollucem fuiſſent, nimis illum ſordidè Simonidi dixiſſe, ſe dimidium ejus ei, quod pactus eſſet pro illo carmine daturum: reliquum à ſuis Tyndaridis, quos æquè laudaſſet, peteret, ſi ei videretur. Paulò poſt eſſe ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret, Juvenes ſtare ad januam duos quoſdam, qui eum magnoperè evocarent: Surrexiſſe illum ipſum, prodiſſe, vidiſſe neminem. Hoc interim ſpatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidiſſe, eâ ruinâ ipſum oppreſſum cum ſuis interiſſe: quos cùm humare vellent ſui, neque poſſent obtritos internoteſcere ullo modo, Simonides dicitur ex eo, quod meminiſſet, quo eorum loco quiſque cubuiſſet, demonſtrator uniuſcujuſque ſepeliendi fuiſſe. Hac tum re admonitus inveniſſe fertur, ordinem eſſe maximè, qui memoriæ lumen afferret. Eam autem dein ſummo excoluerunt ſtudio Metrodorus Scepſius in Aſia, Athenis Carneades, & innumeri Græci. Plato *in Theæteto, vel de ſcientia, & in Phædro, & Timæo.* Senec. *de Anim. cap.* 3.

Cic.

Cicer. *ad Heren. lib.* 3. & *de Orat. lib.* 2. Albertus Magnus *tom.* 5. *de memor. cap.* 3. *de modo & Arte reminiſcendi*, D. Thomas Aquinas *in comment. ad Ariſtot. lib.* 3. *de anim. & in ſumm.* 2.2. *quæſt.* 49. A. 1. R. ad 2. Abbas Trithemius *in Polygraphia*, Jacobus Sulpicius, Franciſcus Petrarcha, Quintilianus *lib.* 11. *Orat.* Caſtrus, & Cyprianus *in ſuis Rhetoricis*, Martianus Capella, Oratius Toſcanella, Herbeſius *lib.* 5. *de Orat.* Ludovicus Carbone *de offic. Orat. lib.* 5. Joannes Voëllus S. I. *de Oratore lib.* 4. *cap.* 22. Libanius Sophiſta *declam.* 42. *de Orat.* & quotquot de Arte Rhetorica ſcripſerunt; cùm hæc Ars pars Rhetoricæ ſit. Jacobus Perez, Simon Lucenſis, F. Laurentius Guillelmus, Antonius Ravennas, S. Antonius Florentinus, Peruginus, Solinus, Senenſis, Sebaldus Mariguſius, Nicolaus Weida, Areſius *in Arte concionandi*, Conradus Celte, Hjeronymus Teutleius, Kekermanus, Marcus Julius Camillus *in ſuo theatro*, Antonius Scaynus, Ludovicus Vi-

ves *lib. 2. de Memor. & record.* Theophilus Raynaudus *lib. 2. sect. 2. cap. 2. de virtut. & vitijs*. Michael Angelus de Bergon *in prax. singular. & utiliſſim. virtut.* Petrus Izquerdus *in Phar. ſcientiarum diſp. 32. queſt. 1. n. 43. fol. 365. tom. 2.* & quotquot de Arte Lulliana ſcripſerunt. Gregorius Reiſch *in Margar. Philoſophic. lib. 3. fol. 1045.* P. Athanaſius Kircherus *in Arte magna ſciendi, ſive combinat. lib. 21. cap. 4.* Juvenalis Annanienſis *Ord. Capucin. in Synopſ. Art. magn. ſciendi* §. 20. Cardanus *in Mnemoſynon lib. 1. fol. mihi 226.* Franciſcus Serra *in Apparat. ſynonim. in method. Rhetor ic. verb. Memoria*, Joſeph Phavonius *in tract. de hominis excellentia*, Alphonſus de Marcho *in lib. formalitatum Divi Thomę tract. 3. de memor. & reminiſcent. fol. mihi 61.* Simplicius *lib. 3. de anim. in Ariſtotel.* Paulus Joſeph Arriaga S. I. *Rhetor. Chriſt. part. 5. capit. 3. fol. 319.* P. Petrus Rhodes S. I. *lib. 3. diſp. 18. qu. 3. ſect. 1. fol. 516.* P. Henricus Marcellius *in ſuo Armamentario ſcientifico part. 4. tit.*

40.

40. *dis.* 3. Conimbric. *in lib. de Memor. ca.* 8. & 9. Rauchinus, Desiderius Erasmus Roterodamus *lib.* 3. *fol. mihi* 235. Antonius Maria Spelta *post cō-ment. ad contexen. epistol. fol.* 164.

Integris libellis hanc Artem illustrarunt idiomate Græco; Gorgias, Apsinus Rhetor Athenienſis cujus Interpres Federicus Morellius; Aristoteles, cujus Interpres Frãciscus Vatablus, & Diagoras Philosophus Athenienſis, Aristoxenus Patriâ, & Philosophiâ Cyreneus.

Idiomate Latino, Joannes Austriacus *de Memoria Artificiosa. Argentorati, apud Bertramum anno* 1603. *in* 8. Joannes Michael Albertus *de omnibus ingenijs augendę Memorię. Bonan. anno* 1591. *in* 4. Joannes Baptista Porta, Neapolitanus *de Arte reminiscendi Neapol. apud Joan. Bapt. subtilem anno* 1611. *in* 4. Joannes Romberch. *Congestorium Artificioſę Memorię. Venetijs apud Gregorium de Ruſconibus* 1520. *in* 8. Joannes Paëp, Galbaicus. *Artificioſę Memoriæ fundamenta ex Aristotile, Cicerone, Thoma Aquinate &c.*

Lugduni apud Bartolomæum Vincentium anno 1619. *in* 12. Idem alios duos de hac Arte libellos edidit, quorum primo titulum affixit, *Schenckelius detectus, seu Memoria Artificialis. Lugduni apud Bartolom. Vincentium anno* 1617. *in* 12. & Secuudo, *Introductio facilis in praxim Artificiosæ Memoriæ impress. ibid. apud eundem anno* 1618. *in* 12. Joannes Aguilera *de Arte Memoriæ*, Joannes Spangenbergius *de Artificiosa Memoria. Witebergæ anno* 1571. *&* 1597. *in* 8. Joannes Wilisius *de Mnemonica, sive Reminiscēdi Arte, è puris artis, naturęque fontibus hausta, & in tres libros digesta. Lond. apud Joannem Billium anno* 1618. *in* 12. Joannes Henricus Alstedius *Trigę canonicæ*, quarum prima est, *dilucida Artis Mnemologicę explicatio*; Secunda, *Artis Lullianę Architectura & usus*; Tertia, *Artis Oratorię novum magisterium*. *Francofurti, apud Antonium Humm. anno* 1611. *in* 8. scribit etiam de hac Arte *in Encyclopedia*. P. Epiphanius de Moyrans Capuccinus, Burgun-

gundus libellum condidit, cujus titulus: *Ars Memoriæ admirabilis omnium neſcientium excedens captum.* Joannes Boncherus, *Ars Memorativa. Lugduni apud Barthol. Vincentium anno* 1619. *in* 8. Jordanus Brunus *de Umbris idearum implicantibus Artem Memoriæ. Pariſijs, apud Ægidium Corbinum anno* 1582. *in* 8. Idem, *de Imaginum, ſignorum, & idearum compoſitione. Francofurti, apud Joānem Vuechelum anno* 1591. *in* 8. Jacobus Publicius Florentinus *de Arte Memoriæ. Venetijs, apud Ratdolt. anno* 1485. *in* 4. Adamus Brixeus, *Simonides Rediviva, ſive Ars Memoriæ, & oblivionis tabulis expreſſa. Lipſiæ, apud Thomam Schererum* 1610. *in* 4. M. Franc. Martinus Ravellinus, libellum conſcripſit hoc titulo ſignatum: *Ars Memoriæ exēplis aucta, apud Theodor. de Bris anno* 1617. *in* 8. Anonymus, *Brevis tractatus de utilitatibus, & effectibus admirabilis Artis Memoriæ. Argentinæ, apud Eberh Zetzn anno* 1620. *in* 8. Anonymus alter, *de Arte Memoriæ localis plenius, & luculen-*

tius expoſitus, quàm ante hac unquam, unà cum applicatione ejusdē ad ſingulas facultates. Magdeb. apud Joannem Franc. anno 1620. *in* 8. Gulielmus Gratalorus, *Artis Memorię partes quatuor. Francofurti, apud Portium anno.* 1603. *in* 8. Hjeronymus Megiſerus, *de Arte Memorię, ſeu potiùs reminiſcentię per loca, & imagines, ac per notas, & figuras in manibus poſitas. Francofurti, apud Portium in* 8. Petrus Ravennas, Vir omnigenâ doctrinâ celeberrimus librū de hac Arte in lucem edidit, cujus titulus, *Phęnix ſive Introductio ad Artificialem Memoriam comparandam. Colonię, apud Butgenium anno* 1608. *in* 8. *& Venetijs, apud Dominicum Nicolaum anno* 1566. *in* 8. Lambertus Schenckelius, *Gazophylacium Artis Memoriæ. Argentorati, apud Bertranum anno* 1609. *in* 4. *& ibid. apud eundem anno* 1611. *in* 8. cui acceſſerunt de eadem Arte Memoriæ adhuc tria opuſcula: quorum primum eſt Joannis Auſtriaci; Secūdum Hjeronymi Marafioti; Tertium Joan. Sp. Herd. & *Roſtochij, apud Haller-*

lerford *anno* 1619. *in* 12. F. Hjeronymus Marafiotus *de Arte reminiſcẽtię per loca, & Imagines, ac per notas, & figuras in manibus poſitas. Argẽtorati, apud Bertramum anno* 1603. *in* 8. & *Venetijs, apud Joannem Baptiſtam Bertonum anno* 1602. *in* 8. Franciſcus Contius, *de Arte Mnemonica. Pariſijs, apud Tollenũ ann.* 1602. *in* 8. Petrus Maſius, *de Arte Memor. Frãcofurti, apud Theodor. de Bry, anno* 1610. *in* 8. R.P.F. Coſmas Roſſellius. *Theſaurus Artificioſę Memorię. Venetijs, apud Antonium Paduanium, anno* 1579. *in* 4. Anonymus, *Fax nova Arti Memorię localis. Lipſiæ, ap. Samuelem Scheibium anno* 1659. *in* 12. Petrus Trevellius, *Noutechnia. h.e. de Mentis in ediſcendo Artificio liber. Lugduni, apud Joannem Petraſſon anno* 1580. *in* 8. Nicolaus Mommeranus, *Orat. de Memoria.* Janus Phaoſpharus, *Criſis Artis Memorię. Lugduni, apud Bartholomeum Vincentium anno* 1619. *in* 12. Minkouu *Logica Memorativa. Hallę Saſſonum, apud Georgium Schuvanderi anno* 1659. *in* 12. Frãciſcus Monleus *Jũius.*

ſiculus Caltajeronēſis, Artificium Memorię omnium ſcientiarum Profeſſoribus utillimum, & legalis ſcientiæ amatoribus valdè neceſſarium. Neapoli, apud Joannem de Boy in 8. *anno* 1567. Anonymus, *Variorum de Arte Memorię tractatus ſex, ubi* Lambertus Schenkelius, Joannes Auſtriacus, Hjeronimus Marafiotus, Joan. Spangenbergius Fr. Mart. Ravellinus, Joannes Williſius. *Francofurti & Lipſię apud Joan. Henricum Ellingerum Bibl. anno* 1678. *in* 8. Arnaldus Villanovanus, *de Arte Memorię*, Claudius Campenſis *de Memoria, & Recordatione, Par.* 1556. *in* 8. Antonius Venerus, Simonides Rediviva, *Francofurti, apud Joannē Antonium Sanckelum anno* 1598. *in* 8. Dannauverus *de Memoria*, Raymundus Lullus tria opuſcula de hac Arte in lucem edidit. *Ars Memorativa per quandā Silvam. Alia Ars Memorativa*, incipit, *Hìc eſt neceſſariū.* Liber *ad Memoriam confirmandam.* incipit: *Ratio quare præſentem volumus colligere tractatum.* Ioannes ab Indagine *Introductiones Apoteſ-*

ma-

maticę : *ubi* Guilelmus Gratarolus, *de Memoria reparanda augenda, & conſervanda. Auguſtę Trebocorū ãno* 1663. *in* 8. Franciſcus Vatablus, *Interpres libri Ariſtotelis de Arte Memarię*: Licentiatus Michael de Vargas, *Libellus practicę docens quomodo centum termini per Artem Memorię commendandi, in eaque retinendi ſint. Matriti*. Federicus Morellius, Aſini interpres, *liber de Memoria Gr. Lat. Pariſijs* 1618.

Italico Sermone, F. Philippus Geſualdus, *Plutoſaphia, nella quale ſi ſpiega l'Arte della Memoria. Patavij apud Paulum Magietti anno* 1592. *in* 4. Ludovicus Dolce, *Dialogo, nel quale ſi ragiona del modo di accreſcere, e conſervare la Memoria. Venetijs, apud Hæredes Seſſæ anno* 1571. *in* 8. Doctor Marta Neapolitanus, *Della Memoria Locale nova Arte. Neapol. apud Horatium Salviani anno* 1592. *in* 12. *& Romæ* 1589. *in* 12. Theſeus Mãſueti, qui libellum Marafioti traduxit. *Nova inventione, & Arte di ricordarſi per luoghi, & imagini, &*

per

per ſegni, e figure poſte nelle mani. Venetijs, apud Joannem Baptiſtam Bertonum anno 1602. *in* 8. Joannes Baptiſta Porta, qui ipſe ſuum libellum traduxit, *l'Arte di ricordare. Neapol. apud Heredes Cancer. anno* 1583. *in* 8. Franciſcus Panigarola, *Trattato della Memoria Locale: in fine libri de ratione componendæ concionis. Cremonæ. apud Chriſtophorum Draconem anno* 1584.

Hiſpanico Sermones Joannes Velaſquez de Azevedo, *El Fenix de Minerua, y Arte de Memoria. Matriti, apud Joannem Gonçalez anno* 1626. *in* 4. Franciſcus Joſeph Artiga, *Epitome de la eloquencia eſpañola impreſs. Oſcæ, apud Joſeph Laurentiũ anno* 1692. *in* 12. Joannes de Horoſco, & Covarruvias *del Arte de Memoria* M.S. ex Nicolao Antonio de Salazar *in Biblioth. Hiſp. fol.* 543.

Luſitano Sermone, Alvarus Ferreira de Vera *tractat. de Memoria Artificioſa. Oliſſiponæ anno* 1631. *in* 4.

Gallico Sermone, Joannes Bilot, Guilelmus Gratarolus. *Pariſijs anno* 1600. *apud Ægidium Gorbinum in*

S. Lu-

S. Ludovicus Robert. *Lugduni, apud Bartholomæum Vincentiũ anno* 1620. Henricus Baun, *Parisijs*, apud *Guilelmum Sande* 1603.

Germanico Sermone, Petrus Bosfeld, *Jenæ anno* 1603. *in* 12. Fridericus Bockmans, *Ulmæ anno* 1621. *in* 8. Philippus Kinskolten, *Francofurti ad Viadrum anno* 1625. *in* 4.

Sinico Sermone, P. Matthæus Riccius Societatis Jesu, *Commentariorum Artificiosæ Memoriæ.*

Pollicentur tractatus de Arte Memoriæ Joannes Jo: Becherus *in lib. Conveniențt. linguar. in fine defensionis operis.* P. Athanasius Kircherus *in Arte magna sciendi. lib.* 11. *cap.* 4. *in fine pag.* 479. P. Gaspar Schottus *in Physica curiosa lib.* 1. *fol.* 114.

Longam scriptorum seriem recensui, non solùm, ut penitùs Ars confirmata remaneret: sed ut si fortè, ob tot tantasque auctoritates, rationes, atque exempla, curiosorum animis ardentissimum tantoperè deperditæ Artis desiderium, accensamque sitim reliquissem, libel-

bellos facilè invenire, laudabilique curiositati satisfacere possent; donec Deo dante Artem à nobis scriptam, & ad maximam pro tenuitate nostri ingenij facilitatem redactam habebunt. Quapropter nequicquam, quod ab illorum intelligentia Lectorem removere posset, prætermisisse viderer; sciendum velim, varios reperiri Auctores, qui antiquorum Philosophorum more, hujus Artis præcepta ità obscura tradidere, ut et oculatissimi quique in hisce se cæcutire confiteantur; cùm tenebris tenebras addiderint. Antiqui enim Philosophi, si quæ reperissent secreta, ne ad notitiam omnium deveniissent, varijs occultavere modis atque figuris. Moyses Hebræorum Pastor, in descriptione creationis Cœli, & Terræ, ineffabilia mysteriorum secreta, verbis operuit. Græcorum quoque sapientes fabulis conscribendis operam navantes aliud imperitis, atque aliud eruditis sanè quidem hominibus, unius tantùm narrationis serie, prudenti adinventione tradi-

de-

derunt. Et tandem Divus Hjeronymus Stridonenſis, penè tot in Apocalyſſi myſteria laterê inquit, quot verba. His autem imbuti exemplis hujus Artis Magiſtri ità eam ſcripſere, ac ſi non ſcripſiſſent, libroſque in lucem ediderunt, qui luce carent. Jordanus Brunus *in principio ſuę Artis Memorię* ſequentibus proteſtatur verſibus.

Umbra profunda ſumus ne nos vexetis inepti.
Non vos ſed doctos tàm grave quęrit opus.

Joannes Boncherus hæc habet

Non omnibus datum erit hanc adire Corinthum

Blondius illud Horatij

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam
Multa tulit, fecitque puer, ſudavit, & alſit.

Ut igitur hos Auctores curioſi Viri intelligere valeant, noſtriſque frui laboribus incipiant, clavem univerſalem, quæ fili Ariadnei loco eſſe poſſit, hìc ſubmittere opere pretium duximus.

Cla-

§. 1.

Clavis universalis, quâ scripta obscura Auctorum Artis Memoriæ aperiuntur, ac deteguntur.

QUatuor sunt amice Lector, quæ difficilem illorum lectionem, ac intelligentiam reddunt; Vocabula nempè occultata, quæ nihil significantia reputantur; Vocabula significantia, quæ diversam quàm propriam obtinēt significationem, cùm ratione formę pro numerorum signis sint subrogata, ut triangulus pro 3. Abbreviationes minùs usu receptæ, ut Pr. pro Prosodia. Et Literæ solutæ, sivæ Græcæ, sive Latinæ, quæ pro integris dictionibus sunt appositæ, ut b. pro *Ars*, e pro *Ordo*. Primò igitur de modo detegeudi vocabula occultata discutiemus; & mox catalogos numerorum, abbreviationum, & literarum solutarum apponemus.

De

§. 2.

De Modo detegendi vocabula occultata.

PRo intelligentia horum vocabulorum quatuor ſunt conſtituendæ regulæ.

Prima, ut principium, & finis, hoc eſt, prima, & ultima cujuſque dictionis litera removeantur: ſit exemplum in hac dictione ROGAMIS, quæ demptis primâ, & ultimâ literâ, dat OGAMI,

Secunda ut ordine retrogrado, iſtar Hebræorum, legantur: unde dicta dictio OGAMI, dat, IMAGO.

Tertia ut dictio, in qua litera Q. reperitur non retrogrado, ſed eodem, quo ſcripta eſt, ordine legatur retẽtâ tantùm primâ regulâ; ſic ALOQUIS dat LOQUI. Quod ad evitandã obviam occultatæ dictionis intelligentiam, & non ex caſu factum videtur. Nemini etenim latet Literam V. literæ Q. neceſſariè poſponi, haud anteponi debere.

Quar-

Quarta ut ſi obſervatis dictis regulis dictio nullam habeat ſignificationem jungatur cum alterâ, & quandoque cum duabus ſequentibus: ſit exemplũ in his dictionibus BOITIS OTEPERA, quæ dant, REPETITIO; ſic IMUIS FTICE OREXES dẽptis primis, & ultimis literis cujuſque dictionis dant EXERCITIUM.

Animadvertendum tamen hìc erit nonnullos reperiri Auctores, qui retentis tribus regulis, ſecundam tantùm mutant. Sunt autem qui non integras literas ordine inverſo tranſponunt, ſed integras ſyllabas; ſic non OGAMI pro IMAGO, ſed GOMAI ſcribunt. Alij verò cujuſque ſyllabæ, in ſuo loco manentis, literas inverſo ordine ponunt, ut pro IMAGO, IAMOG. pro LOGICA, OLIGAC. Primo modo uſus eſt Blondius; ſecundo Anonymus quidam in ſuo libello, cujus titulus, *Fax nova Arti Memoriæ.*

Varij varijs tandem modis hujus Artis arcana occultaverunt, dictioneſque mutato elementorum ordine, & poteſtate ita efforma-

runt,

runt, ut non solùm nihil significantes viderentur, sed nec proferri ob consonantium multiplicitatẽ possent. Franciscus Contius literam tertiam sequentem, loco propriæ posuit, ut C. pro A. D. pro B. E. pro C. & sic de reliquis *in suo tract. de Arte Mnemonica* utitur: unde hæc dictio MOCIQ. dat IMAGO. Joannes Boncherus duodecimam substituit, nempe M. pro A. N. pro B. O. pro C. &c. quod in Memoriæ obsequium feciſſe puto, cum M. capite Memoriæ pro A. capite Alphabeti usus fuerit, qua transpositione IMAGO his literis, UZMSB. scribitur.

Alij verò non ordinata literarum transpositione, sicut Conzius, & Boncherus, sed saltuarijs usi sũt Alphabetis. Antonius Venerus in sua Simonide rediviva hoc sequenti utitur.

A. S.	N. T.
B. Y.	O. H.
C. O.	P. S.
D. M.	Q. I.
E. F.	R. P.
F. V.	S. B.

G. L.

G. L.
H. X.
I. G.
K. N.
L. R.
M. A.
T. Q.
V. Z.
X. C.
Z. I.
Y. D.

Petrus Maſius hoc alio in ſuo tract. de Arte Memorativa.

A. Q.
B. Z.
C. P.
D. C.
E. S.
F. E.
G. I.
H. V.
K. B.
I. L.
L. D.
M. R.
N. Y.
O. N.
P. E.
Q. S.
R. X.
S. A.
T. O.
V. T.
X. M.
Z. H.
Y. G.

Quibus poſitis hoc verbum IMAGO, GASLH Venerus ſcribit, Maſius LRQIN.

Atque hæc ſunt quæ de vocabulis occultatis ad hunc diem uſque inveni. Sequitur.

De

§. 3.

De Dictionibus, quæ longè diversam à propria obtinent significationem.

ULna, Candela) Hasta, Cerea) *significant.*	1.
Cygnus, aut Furca.	2.
Triangulus.	3.
Quadrangulus.	4.
Manus.	5.
Stella.	6.
Norma, vel Securis.	7.
Calix.	8.
Cornu.	9.
Anulus, vel Circulus.	0.
Christophorus.	100.

§. 4.

De Abbreviationibus.

Adi.	ADjunctum.
Arg.	Argumentum.
Au.	Auctoritas.
Ax.	Axioma.
Bi.	Biblia.

Contr.

Contr. Controverſia.
Ct. Citatio.
Dct. Dictatio.
Di. Diſtinctio.
Diſ. Diſcurſus, Diſpoſitio, vel Diſputatio.
Div. Diviſio.
Do. Doctrina.
Doc. Doctor.
Dur. Duratio.
Ef. Effectus.
Ep. Epiſtola.
Eth. Ethica.
Gr. Grãmatica, vel Grãmaticus.
Im. Imago.
LG. Logica, vel Logicus.
MPh. Metaphyſica, vel Metaphyſicus.
Nu. Numerus.
Or. Ordo.
Or. Oratio.
Ph. Phyſica, vel Phyſicus.
Pr. Pronomeu, vel Proſodia.
Qſt. Quæſtio.
Reſp. Reſponſio.
Rh. Rhetorica, vel Rhetor.
Rud. Rudimenta.
Sy. Syntaxis.

Syll. Syllaba.
Ve. Verbum.
Vo. Volumen.

§. 5.

De Literis ſolutis, quę pro integris dictionibus ſunt appoſitę; & primò de Majoribus.

A. ARithmeticus.
B. Baſilica.
C. Caſtrum.
D. Diſtinctivum.
E. Elementa.
F. Feneſtra.
G. Grammatica.
H. Horologium.
I. Imaginarius.
K. Connexum.
L. Latus.
M. Memoria.
N. Numerus.
O. Oſtium.
P. Palatium.
Q. Quantitas.
R. Repetitio.
S. Sententia.

C T.

T. Thesaurus.
V. Voluntarium.
X. Xenium.
Y. Binarius.
Z. Zona.

§. 6.

De Literis Minoribus.

ω a. Vocabulum.
ψ b. Ars.
χ c. Ordo.
φ d. Cubiculum.
υ e. Sententia.
τ f. Spacium.
σ g. Imago.
ρ h. Paries.
π i. Persona.
θ k. Dorsum.
ξ l. Domus.
ν m. Exercitium.
μ n. Angulus.
λ o. Memoria.
κ p. Forma.
ι q. Sedes.
θ r. Praxis.
η s. Sedes, aut fundamentum.

Lo-

s. Locus.
t. Imago.
v. Locus.
u. Imago.
x. Terra.
y. Oſtium.
z. Receptaculum.

Unum tantùm pro coronide animadvertendum erit, quod ſi literæ erunt ſingulæ ſingularem, ſi geminatæ pluralem numerum deſignabunt. Caſus, tempora, modi, & alia attributa facilè colligi poterũt ex ſyntaxi, & ſenſu orationis.

Et hic eſt Catalogus Auctorũ, qui Artem Memorativam tradiderunt, & traditam exornarunt; Quibus ſanè quidem poſſent ſuperaddi Adamus Siberus, Æneas Silvius, Andreas Friccius, Andreas Horndorff, Antiſthenes Athenienſis, Antonius Schorus, Andreas Hyperius, Andreas Maſculus, Arnoldus Brurenius, Auguſtinus Dathus, Baptiſta Guarinus, Baſilius Faber Soranus, Beliſarius Aquavivius, Benedictus Arelius, Bernardus Baldinus, Bernardus Textor, Cœlius Se-

cundus, Christophorus Fischerus, Christophorus Hegendorfinus, Conradus Clauserus, Conradus de Halberstat, David Chyterus, Eustachius, Franciscus Patritius, Gaspar Crucigerus, Georgius Wicellius, Henricus Bullingerus, Hermannus Vulterius, Hjeronymus Oserius, Hjeronymus Sauonarola, Hjeronymus Zanchius, Huldrychus Zuinglius, Iacobus Acontius, Iacobus Lorhardus, Iacobus Middendorpius, Iacobus Wimphelingus, Ianus Gruterus, Ioachimus Camerarius, Joachimus Fortius, Ioannes Coletus, Ioannes Piscator, Iulius Cæsar Scaliger, Iodocus Willichius, Ioannes Baptista Caccialupus, Bartoli Gener, Ioannes Thomas Freigius, Ioannes Murmellius, Leonardus Fuchsius, Lucas Osiander, Maphæus Vegius, Marsilius Ficinus, Matthæus Dresserus, Nicodemus Frischlinus, Plutarchus, Petrus Ramus, Petrus Mosellanus, Paulus Scalichius, Romulus Amasæus, Rodolphus Agricola, Thomas Carinus, Ubertus Folieta, Vitus Amerbachius, Antonius Franciscus

Pa-

Payeno, & innumeri alij, qui ſtudendi nos docent methodum; nam qui ſcribit *de modo diſcendi*, Memoriam expolit: ſed de his, & ſimilibus fuſiùs alibi nos dicturos pollicemur.

Superpondij tamen loco quosdam apponam Auctores, quos poſt hæc ſcripta inveni.

Avenrois Cordubenſis, cognomento commentator, librum ſcripſit *de Memoria, & Reminiſcentia*. Xenocrates *de Arte Memoriæ*. Rodolphus Radelif Anglus, *de Memoria Naturali, Artificioſa, & noviſſima*. Stephanus Izegentinus *in locis communibus*. ubi præclara habet Memoriæ adjumēta. Laurentius Friſius conſcripſit libellum Germanicum *de Arte Memoriæ*. Michael Mathematicus, cognomento Scotus, *de Memoria, & Reminiſcentia*. Stanislaus Kieſerus invenit anno 1595. *Memorandi Artificium novum, fere ad omnia omnium facultatum ſtudia, præcipuè autem ad ſacrarum literarum obſervationes utile facile, & jucundum*. Joannes Magirus, de

Me-

Memoria per locos, & imagines. Prodiit iſte liber principio ex Officina Paltheniana: ſed Antonius Bertramus Academiæ Argētinenſis Typographus anno 1603. recudit ſub nomine Auſtriaci, ſpecioſo titulo præfixo. Joãnes Henricus Alſtedius, præter libellos ſupra commemoratos, alium de hac Arte conſcripſit, cujus titulus, *Artium liberalium, ac facultatum omnium ſyſtema Mnemonicum*; ubi in Bibliotheca Palatina (ſicut & Vaticana, ſeu Romana) plurima latere *de Arte Memorativa* manuſcripta, atteſtatur. Doctiſſimus Timplerus *in Phyſicis*, noviſſimè Joh. Chriſtophorus Wagenſeilius *in ſua Pera librorum Juvenilium. Altdorfi Noricorum* apud Henricum Mayer anno 1691.

CA-

CAPUT III.

De Admirabili Nonnullorum Memoria.

ILluſtres, qui egregiâ floruerũt memoriâ, Viros recẽſere aggrediar; quam paucis in ambiguo remanentibus, reliquos hujus Artis ope cõſecutos eſſe ſive apertis indiciis, ſivè eorum proprio, vel alieno teſtimonio etiam patefaciam; cùm non ſolùm rationibus veritatem propugnandam, ſed auctoritate quoque rerum geſtarum fidem ſtabiliendam ſuſceperim. Variorum Scriptorum loca nõ referam tantùm, ſed integra tranſcribam, atque in hoc nihil peccatum à me exiſtimo, quoniam quod graviſ-

simi ante me fecere Authores, & quod res ipsa postulat præstiti: dum

Gratiùs ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Recensebo itaque nõ Adamum primum omnium parentem, qui cunctis rebus à Deo creatis nomina à se impositа memoriâ tenuit, & singulas creaturas, earumque proprietatem, ac naturam cognovit: Nõ Esdram, qui per quadraginta dies continuos quinque scribis sine intermissione quatuor supra bis centum libros memoritèr dictavit: quando ab Angelo porrectum sapientiæ poculum priùs ebiberat. Nõ denique cæteros quoscumque alios, qui divinitùs hanc sunt excellentiam adepti: sed illos, qui naturalis, atque Artificiosæ Memoriæ beneficio, omnigenâ Minervâ pollentes, nomen sibi pararunt immortale. Quos inter primum non immeritò locum obtinet Simonides Chius; Hic etenim & inventi artificij secuturis omnibus palmam præripuit, & alios, quorum magnitudo memoriæ litera-

terarum monumentis celebratur, tempore præceſſit. Mens enim eſt omnes chronologicè, & ſecundùm quæ claruerunt tempora ordinatè componere.

Claruit Anno Mundi 3502.

Simonides Chius, Poëta Lyricus, dictus Melicus à ſuavitate cantus, hoc ſuo invento, adeò tenacis ac admirabilis memoriæ fuit, ut exactæ jam ætatis homo, octogenarius nempè, neminem ſibi memoriâ parem hoc diſtycho gloriaretur;

Non eſt qui memori ſit mente
Simonidis inſtar
Ævi octogeni dico Leoprepide.

Vir fuit impensè doctus, & inventione adeò felix faciliſque, ut præter Artem Memoriæ, Neniam (carmen lugubre) invenerit: Unde Catullus

Paulus quilibet adlocutionis
Mæſtius lachrymis Simonideis.

Cujus ſingulari quoque ingenio grandiorum literarum Græcarum inventio, aut certè quatuor tri-

buitur nempè Z.Σ.Ψ.Ω. *Cic. de Orat. lib.* 2. Voſſ. *de Poet.*

C. A. M. 3510.

Themiſtocles Athenienſiũ Dux memoriâ viguit eximia, non modò civium ſuorum nomina percepit, & unum intra annum optimè loqui perfectè didicit; ſed etiã nihil unquam audivit, quod non in memoriam ejus penitùs inſederit; nihil ex ipſius animo, quod ſemel eſſet infuſum, effluere potuerit: & Simonidi Artem memoriæ pollicẽti, quâ omnia meminiſſet, doctorem reſpuens, oblivionis Artem ſe malle dixit, quod meminiſſet etiã quæ nollet, & quæ vellet obliviſci nõ poſſet, ſic de eo Petrarcha. *Ab occaſu ad Orientẽ verſo primus omniũ Græciæ gentis Themiſtocles occurit, qui inter grnviſſimas occupationes publicas, privataſque cunctorũ concivium ſuorum nomina (& erat Athenis natus) in memoria tenèbat, ſtupidũ negotium, niſi Lucii Scipionis mẽtio præceſſiſſet, idem indigno exilio*

co-

coactus, cum ad Xerſem Perſarum Regem ſe conferre decreviſſet, brevi temporis ſpatio, Perſicum primus idioma perdidicit, ne quid in primo colloquio peregrinum, aures Regis offenderet. Itaque minus miror tantis naturæ præditum muneribus, Artificioſam Memoriam contempſiſſe, quæ cum in Grecia reperta, apud nos hodie vulgata eſt, quam cuidam ejus Artificii perito ſibi promittenti, reſpondit: malle ſe obliſcendi Artem diſcere. Viſa quidem, auditaque omnia memoriæ adhærebant, & idcirco non tàm novis ſarcinis urgere, quàm turba rerum innumerabilium prægravatus pectus exonerare cupiebat. Quãta majora præſtitiſſet, ſi Artem nõ ſpreviſſet, ex iis, quæ ſuo loco de Lucullo dicemus, nemo non videbit; Lucullus enim naturali memoriæ, quâ ad prodigium uſque polluit, Artem (teſte Cicerone) adjunxit, quâ imbutus diſciplinâ Themiſtoclem in hac prudentiæ parte longo poſt ſe intervallo reliquit. Nec Tullio, aliiſque proba-

tis Viris reſponſum Simonidi à Themiſtocle datum arriſit. *Fuit quidem* (inquit Nigronius) *priſcis temporibus hæc Ars inventa à Simonide, Chione, an Melico? perfecta à Metrodoro Scepſio; tradita poſtea à claris Rhetoribus, Cornificio, & Quintiliano; probata à M. Tullio, adeòut non valdè laudarit Themiſtoclis reſponſum, hanc Artem contemnentis; commendata à S. Thoma Theologiæ ſplendore clariſſimo: Vos ſoli eritis tanta cõfidentia, ut, tot viris tàm ſapientibus hanc Artem comprobantibus, ipſi reprobetis?* Petrarcha *lib. 2. rer. memorand. fol. mihi* 40 S. Cicer. *lib. 4. Academ. quæſt. in princ.* P. Iulius Nigron. *Orat. 25. de Memoria fol. mihi* 842.

C. A. M. 3523.

Cyrus Major Perſarum Rex hâc imbutus Arte eâ fuit memoriâ, ut in exercitu, cui numeroſiſſimo præfuit (triginta videlicet millium hominum) omnium militũ nomina pronunciare memoritèr

cal-

calleret *Plin. lib. 7. cap. 24.* Valer. Max. *lib. 8. cap. 7.* Izquerd. *in Phar. ſcient. diſp. 32. qu. 2. n. 43.* Polydor. Virgil. *de rerum Inventorib. lib. 2. cap. 9.*, & Cælius Calcagn. *in compend. Rhet. fol. mihi 449.*

C. A. M. 3550.

Archippus, & Lyſiades Pithagoræ auditores, literis minimè cõfisi, memoriterque Doctoris præcepta tenentes ingenio pro literis utebantur Volat. *lib. 16. Anthrop.* Socrates enim literas, quas vulgus putat repertas juvandæ memoriæ cauſa, dixit vehementer officere memoriæ. Olim autem homines ſi quid audiſſent dignũ cognitu non libris, ſed animo inſcribebant hâc exercitatione confirmata memoria, facilè tenebat quicquid volebat: & quod quiſque ſciebat in promptu. Poſt reperto literarum uſu, dum libris fidunt, non perindè ſtuduerunt animo infigere quod dedicerant. Ita factum eſt, ut neglecto memoriæ cultu, minùs vivida eſſet rerum cognitio,

&

& pauciora quisque sciret, quamdoquidem tantùm scimus, quantùm memoriâ tenemus, & nihil amplius.

Hinc Indi absque usu literarũ, omnes ævi res gestas, & memoratu dignas, Pythagorico more, memoriâ tenuere, illasque à parentibus traditas per manùs posteris dedere: qui tamen haud multò post in sindonibus scribere inceptarunt, totasque paginas monumentis rerum gestarum impleverunt. Alex. *lib.* 2. *cap.* 30.

Hâc identidem ratione Druydarum discipuli apud Gallos magnũ versuum, (quibus tota eorũ continebatur scientia) numerum edisscere cogebantur. Nefas autem putabant hæc literis consecrare, partim ne profanaretur doctrina, partim ne confisi literis discipuli memoriæ exercitium negligerent. Aimonius *lib.* 1. *de gestis Francorum. cap.* 6.

C. A. M. 3686.

Hippias Arte Memoriæ celebris,

bris, gloriatur apud Platonem tãquam de magno, ac prẹſtanti quodam bono, ſe poſſe quinquaginta vocabula ſemel audita, vel lecta quolibet ordine recitare. Muretus *lib.* 3. *var. lect. cap.* 1.

C. A. M. 3687.

Divinus Plato ille ſapientiç antiſtes admirandâ Memoriâ fuit. Ait enim Cicero in Brut. *Quis uberior in loqueudo Platone?* In illo non ſolùm Memoriæ naturalis felicitatem fuiſſe, ſed etiam Artificioſæ, ſatis ſuperq; ex ipſius ſcriptis cõvincitur; cùm & Artis Memoriæ primordia, & ſpecimen atque effectum aliquem nomine Hippiæ oſtenderit.

C. A. M. 3695.

Demoſthenes, Grẹcorum omniũ Orator longè eloquentiſſimus Thucydidem ad verbũ memoriæ mãdavit. *Lucian.*

C. A. M. 3710.

Ariſtoteles Peripateticorũ Princeps

ceps quantùm hujus Artis beneficio præstiterit edita ab eo volumina satis abundè demonstrant. Hic autem integrum de Arte Memoriæ conscripsit libellum, cujus Interpres fuit Franciscus Vatablus.

C. A. M. 3725.

Theodectes Artificiosâ Memoriâ, quam ab Aristotile Magistro accepit, ità claruisse perhibetur, ut versus quantumvis multos, ubi semèl recitare audivisset, protinùs repeteret Cicer. *lib.* 1. *Tuscul. quæst.* Senec. *in prohem. declam.* Majorag. *comment. in partit. Orat. Cicer.*

C. A. M. 3775.

Antigonus Rex hujus quoque excellentiæ gloriam cõsecutus est. Memor erat omnium illorum, qui apud se legationem fecissent, & non solùm cum quibus; sed & de quibus rebus, & negotijs. locuti essent recordabatur. Poli. *lib.* 4.

C. A. M. 3775.

Cyneas Thessalus, Philosophus, Le-

Legatus Romam à Pyrrho impetrandæ pacis missus, hâc Arte fretus, postero die, quàm Vrbem Romam venit, homo adventitiùs, & alienigena, & Senatum, & omnem urbanam circumfusam Senatui plebem, suo quemque nomine absque Nomenclatore salutavit. Senec. *lib.* 1. *controv.* Cicero *lib.* 1. *Tuscul. quæst.* Izquerd. *in Phar. scient. disp.* 32. *qu.* 2. *n.* 43.

C. A. M. 3780.

Alexander Macedo Rex totam Homeri Iliadem, & magnã Odysseæ partem memoriâ tenuit. Eum in Arte Memoriæ se exercuisse, qui ambigat est nemo; Discipulus enim fuit Aristotelis, qui, ut dixi hanc artem percalluit; deque ea conscripsit. Drexell. *in Aurifodin. par.* 1. *cap.* 2.

C. A. M. 3690.

Cyrus Minor omnium suorum Ducum nomina memoritèr tenebat: quippè cui mirandum videretur, si qui in sordida arte versan-

ſantur, ſinguli norunt artis ſuæ inſtrumentorum nomina: & Medicus nomina tenet & inſtrumentorum & medicamentorum, quibus utitur; Imperator verò ità ſit fatuus, ut neſciat nomina ſubditorum Ducum, quibus ei opus eſt pro inſtrumentis uti, & dum anticipare quidquam velit, & dum cavere, & dum audientiam inijcere, & dum terrere, & dum honorare quandoque quemquam cupiat, decorum ei eſſe videbatur quẽque ſuo nomine appellare. Putat etiam eos, qui à Principe cognoſci videntur, magis ad rem ſtrenuè & fideliter gerendam accendi, ita Xenoph. *expedit. lib.* 5.

C. A. M. 3800.

L. Scipio nõ niſi hâc Arte adjutus (teſte Cicerone *lib.* 4. *Academ. quæſt.*) univerſi populi Romani nomina memoritèr recenſere valuiſſet. ſic de eo Petrarch. *lib.* 2. *rer. memor. Ex omnibus autem gentibus, ac ſæculis, nullum in hac re facilè prætulerim L. Scipioni, ſi modò*

dò verum eſt quod tradunt, ipſum populi etiam Romani nomina reddidiſſe. Mira & ſpecioſa capacitas, ubi tàm multa, & tàm varia nomina locũ invenissent, res quidem penè incredibilis, niſi eam multi, inter quos Plinius ſecundus, proprio teſtimonio confirmaſſent. Plin. de Vir. Illuſtr. & lib. 7. cap. 24. Hiſtor. natural. Solin.

C. A. M. 3830.

Q. Fabius Maximus tàm domeſtica, quàm externa bella memoritèr percalluit: indè eam conſecutus fuit gloriam, ut bello Punico ſecundo, cui procellæ jam grandævus interfuit, ejus conſilia dictaque tùm in populo, tùm inter primores patrum pro oraculis haberentur; nam Viri non obtuſi craſſique ingenij, qui multorum tranſacti temporis memoriam habent, quodammodo futurorum vates exiſtimãtur. Cicer. *Acad. quæſt. lib.* 4. Petrarch. *lib.* 2. *rer. memor.*

C. A. M. 3912.

Appius Claudius ita Artificiosâ memoriâ claruit, ut nominatim à se populus Romanus, salutari poterat; sed cùm apud Scipionem de re tàm mirabili gloriaretur, respondit Scipio, Ego enim non ut multos cognoscerem, sed ne ab ullo ignorarer adnixus sum. Brus. *lib.* 4. *cap.* 4. Izquerd. *in Phar. sciē. tiar. disp.* 32. *qu.* 2. *n.* 43.

C. A. M. 3925.

Carneades, auctor academiæ novæ, patriâ Cyrenęus, Philosophus insignis, Artis Memoriæ beneficio (teste Cicerone) tanquam literis in cęra, sic se ajebat in animo præscribere, quæ meminisse vellet: de quo Petrarch. *lib.* 2. *rer. memorand.* sic inquit: *Extremum mihi nunc, sed nullo præcedentium inferiùs memoriæ monstrum disserendum est, Carneades quidem (ut ajunt) in Græcia quæ quis è bibliothecis volumina educeret, in morem legentis memoritèr reddebat.*

Huic

Huic verò dici potest ſupervacuos codices fuiſſe. Hic profectò nō ſcribebat in animo tantùm, ſed ſculpebat. Cicer. *de Orat. lib.* 2. Vol. *lib.* 17. *Antrhop.*

C. A. M. 3935.

Hortenſius ille, qui in foro Romano cauſarum Rex ob eloquentiam dictus eſt, hujus Artis ope tantæ memoriæ fuit, ut à Siſenna provocatus, cum in auctione diem perſederit totum, & omnes res, & pretia, & emptores argētarijs recognoſcentibus ordine ſuo recenſeret; de quo ſic Cicer. *de claris Orator. lib.* 1. *qui dicitur Brutus. Primùm memoria tanta, quãtam in viro me agnoviſſe arbitror: ut, quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis iiſdem redderet, quibus cogitaſſet; Hoc adjumēto* (de Arte loquendo) *ille tanto ſic utebatur; ut ſua commentata, & ſcripta, &, nullo referente omnia adverſariorum dicta meminiſſet.* Senec. *lib.* 1. *controv.* Majorag. *comment. in partit. Orat.* Cicer.

C.

C. A. M. 3940.

Caſsius Severus, ea gaviſus fuit fidelitate memoriæ, ut cũ ex Senatuſconſulto libri illius exurerẽtur, nunc, inquit, ſupereſt, ut ipſe vivus comburar, qui illos edidici. Quód animo inſculptum eſt, niſi cum vita eripi non poteſt. Paul. Manut. *lib.* 8. *Apophtegm. nu.* 238.

C. A. M. 3960.

Quintus Mutius Scevola in ludo duodecim ſcruporũ, cùm prior calculum promoviſſet, effetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato erraſſet recordatus, redijt ad eum, qui cum eo luſerat, iſque ita factum eſſe confeſſus eſt. Quintil. *lib.* 11. *Orat.*

C. A. M. 3963.

Metrodorus Scepſius, Philoſophus, Memoriæ Artem à Simonide inventam, deindè conſummaſſe fertur; cujus adjumento quæ

an-

audiebat ſtatim iiſdem reddebat verbis. Adjungo grandius. A multis ſimul dicta, non ſenſuum tantùm ordinibus; verùm etiã verborum retinebat, de quo ſic Cicer. *lib. 2. de Orat. propè finem. Neque verum eſt, quod ab inertibus dicitur opprimi memoriam imaginum ponere, & obſcurari etiam id, quod per ſe tenere natura potuiſſet. Vidi ego ſummos homines, & divinâ propè memoriâ Athenis Carneadem, & in Aſia, quem vivere hodie ajunt Scepſium Metrodorum quorũ uterque tanquam literis in cæra ſic ſe ajebat imaginibus, in ijs locis, quos haberet, quæ meminiſſe vellet præſcribere.* Idem in duodecim ſignis, per quæ Sol meat, locos invenit trigenos & ſexagenos. Cicer. *lib. 2. Tuſcul. quæſt.* Plin. *lib. 7. cap. 34.* Solin.

C. A. M. 3970.

L. Lucullus Imperator, & Philoſophus sũmus hoc Artificio prodigioſæ memoriæ fuit; res enim domi foriſque geſtas ex admirabili

bili memoriæ theſauro, tanquam preſentes ſemper ſpectaret, expeditè referre poterat. Eum Hortenſio conferens Cicero, amborum coëtaneus, Lucullo rerum, & Hortenſio verborum majorem affuiſſe memoriam ſcribit *lib. 4. Acad. quæſt.* ubi ſic de eo. *Habuit enim divinam quandam memoriam rerum, verborum majorem Hortensius. Sed, quo plus in negotiis gerendis res, quàm verba proſunt, hoc erat Memoria illa præſtantior: quam fuiſſe in Themiſtocle, quem facilè Græciæ principem ponimus; singularem ferunt: Qui quidem etiam pollicenti cuidam ſe Artem ei Memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, traditurum, reſpondiſſe dicitur, obliviſci ſe malle diſcere: credo, quòd hærebant in Memoria quæcunque audierat, aut viderat. Tali ingenio præditus Lucullus adjũxerat etiã illam, quam Themiſtocles ſpreverat diſciplinam. Itaque, ut literis conſignamus, quæ monumẽtis mandare volumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat.*

C.

C. A. M. 3970.

Cornificius hujus Artis auxilio (de qua librum in lucem edidit) divinâ propè Memoriâ fuit. Cic. *lib.* 3. *ad Heren.* Majorag. *in partit. Cicer. fol. mihi* 74. *retr.*

C. A. M. 3985.

Julius Cæsar Memoriæ quoque Artificiosæ præstantiam est adeptus, de quo sic scribit Petrarch. *lib.* 2. *rer. memorand. Divo Julio Cęsari, hoc in primis etiam ab hostibus datum scio, ut memoriâ polleret eximiâ, de qua M. Tullius ait: Quod nihil soleret præter injurias oblivisci, & legere simul, & scribere, & audire, & dictare solitus traditur. Epistolas de rebus maximis, quaternas dictabat aliis, ipse manu propria quintam scribens, ac si calamum eximeres, septenas pariter dictabat, quæ quidem velocitas, an volubilitas promptissimi ingenii, an amplissimæ firmitas memoriæ dici meretur, incertus sum. Siquidem celeritas ingenii, tena-*

citas memoriæ laus eſt. Quodlibet ei nomen impoſueris, magna res in primis & mirifica, tàm facile ſingulis adeſſe, tam fideliter omnium meminiſſe Sabell. *lib.* 19. *cap.* 9. Polydor. Virgil. *de Rer. Inventor. lib.* 1. *cap.* 9.

C. A. M. 3985.

M. Tullius Cicero Oratorum facilè Princeps, Latinæque linguæ omnium conſenſu parens, hujus Artis ope tàm excellens atque ſingularis evaſit, ut ſibi antecellentes facilè anteverterit; ſuperarit æquales, omneſque longo poſt ſe intervallo reliquerit. Hunc autem abſq; Artificioſa Memoria ad ſummum eloquentiæ faſtigium minimè conſcendiſſe, ipſiuſmet teſtimonio ſatis ſuperque convincitur. In cauſis defendendis, ac omnibus orationibus coram Senatu, aut populo habendis hoc Memoriæ Artificio utebatur. Idem ipſe *de Orat. lib.* 2. *propè finem, & in* R. *ad Heren. lib.* 3.

C.

C. A. M. 3985.

Mitridates duarum & viginti gentium Rex, totidem linguis hôc adjumento jus dixit. A. Gell. inquit. *Rex inclitus viginti quinque gentium, quarum omnium linguas percalluit.* Plin. *Quadraginta gentium linguas, quæ ſub imperio ejus erant diverſas ità novit, ut cuilibet patrio ſermone jura redderet.* Gell. *lib.* 17. *cap.* 17. Plin. *lib.* 2. *cap.* 25. Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 7. Polydor. Virgil. *de rer. Inventor. lib.* 2. *cap.* 9. Cęlius Calcagnin. *in compend. Rhet. fol. mihi* 449.

C. A. M. 4000.

Craſſus dives Romanus, Græci ſermonis quinque differentias, & dialectos memoriâ ità tenuit, ut quâ quiſque apud eum linguâ loqueretur, eadem ei commodiſſimè reſponderet. Drexell. *in Auri fodin. part.* 1. *cap.* 2.

C. A. M. 4050.

Carmidas quidam in Gręcia,

hujus Artis auxilio quoſcumque libros in bibliotheca aliqua legiſſet, eos confeſtim memoriter recitare poterat. Plin. *lib.* 7. *cap.* 14. Sabell. *lib.* 10. *cap.* 9. Majorag. *cõmẽt. in parit. Cicer. fol. mihi* 74. *retro.*

Clarui t Anno Chriſti 10.

Portius Latro, genere Hiſpanus, clarus inter dicendi magiſtros, Memoriâ Artificiosâ celebris fuit, eâque adjutus ad eruditionis culmen pervenit: quod ex iis, quæ *lib.* 1. *contr.* Senecæ habẽtur ſatis abunde patet; ubi ſic de illo. *Memoria, & naturâ quidem felix, ſed plurimùm adjuta Arte. Nunquam ille quæ dicturus erat, ediſcendi cauſa relegebat. Edidicerat illa cùm ſcripſerat, cũ id in illo magis mirabile videri poſſit, quod nec lẽtè & anxiè, ſed eodẽ pænè, quo dicebat, impetu ſcribebat. At illi qui ſcripta ſua torquẽt, qui de ſingulis verbis in conſilium veniunt, neceſſe eſt, quæ totiens animo ſuo admoverint, noviſſimè affigunt. At quorumcumque ſtilus eſt velox, tardior memoriâ eſt. In illo*

non

non tantùm naturalis memoriæ felicitas erat, ſed ars ſumma, & ad apprehenda quæ tenere debebat, & ad cuſtodienda; adeò ut omnes declamationes ſuas, quaſcunque dixerat, teneret. Jam itaque ſupervacuos ſibi fecerat codices. Ajebat ſe ſcribere in animo. Dicebat ita ut in nullo unquam verbo eum memoria deceperit. Hiſtoriarum ſumma notitia; jubebat aliquem nominari ducem, & ſtatim ejus acta curſu reddebat. Adeò quæcũque in animũ ejus ſemel diſcenderant, in promptu erant. Petrarch. *lib.* 1. *rer. memorand.*

C. A. Chriſt. 20.

Marcus Annæus Seneca Rhetor, & Declamator, quantùm Artificiosâ Memoriâ valuit ex illius ipſius teſtimonio colligitur. ita in primo libro controv. de ſe ſcribit. *Duo millia nominum recitata quo ordine erant dicta, reddebam: & ab iis qui ad audiendum præceptorem noſtrum convenerant, ſingulos verſus à ſingulis datos, cùm plures quàm ducẽti efficerẽtur, ab ultimo incipiens*

usque ad primum recitabam. Nec ad complectenda tantùm, quæ vellem, velox erat mihi memoria: sed etiam ad continenda, quæ acceperat. & paucis interjectis. *Memoria & naturâ quidem felix, sed plurimũ adjuta arte.* Majorag. *comm. in partit. Cic. fol. mihi 74. retr.* Muret. *Var. lec.*

C. A. Christi 40.

Claudius Cæsar hoc artificio Homeri poëma totum memoriter calluit, ejusdemque versus quamplurimos, in usum rerum sæpissimè recitare solitus fertur. Vol. *lib.* 23. *Antroph.* Polydor. Virgil. *de rer. Inventorib. lib.* 2. *cap.* 9.

C. A. Christ. 60.

Lucius Annæus Seneca ille Cordubensis, qui omnes sui ævi Romanos, multos verò & alios sapientia anteivit; Vir fuit non solùm excellentis ingenii; sed etiam tenacissimæ Memoriæ; cùm Artẽ à Marco Annæo Patre habuerit; Iste enim sic illum, & fratres suos *lib.* 1. *controv.* ubi admiranda Memo-

riæ

riæ Portii Latronis commemorat, alloquitur. *Video vos, iuvenes mei, plus juſto ad hanc ejus virtutem obſtupeſcere. Alia vos in illo mirari volo. Hoc quod tam vobis mirum videtur, non operoſâ poteſt tradi Arte. Intra exiguum pauciſſimorum dierum tempus, poterit quilibet facere id quod Cyneas fecit: qui miſſus à Pyrrho legatus ad Romanos, poſtero die novus homo & ſenatū, & omnem urbanam circumfuſam ſenatui plebem, nominibus ſuis perſalutavit. Aut quod ille fecit, qui recitatum à Poëta carmen novum, ſuum eſſe dixit, & protinùs Memoriâ recitavit: cùm hoc ille, cujus carmen erat, facere non poſſet. Aut quod fecit Hortenſius, qui à Siſenna provocatus, in auctione perſedit diem totum, & omnes res, & pretia, & emptores ordine ſuo argentarijs recognoſcentibus, ita ut in nullum falleretur, recēſuit. Cupitis ſtatim diſcere; ſuſpendam cupiditatem veſtram, & faciā alibi beneficio locum. Interim hoc vobis, in quo jam obligatus ſum, perſolvam.* Ma-

jo-

jorag. *comment. in partit. Ciceron.*

C. A. Christ. 55.

In Nerone Imperatore tãta etiã fuit memoriæ felicitas, ut omnes ordines ſubindè ac memoriter ſalutaret. *Sueton. & ex eo Bejerlinck.* Illum autem memoriæ Artem à Seneca recepiſſe ambigi nequit.

C. A. Christ. 65.

Apollonius Thyanęus Pythagoricus ille, hoc adjumento tanto memoriæ bono valuiſſe à Philoſtrato ſcribitur, ut Simonidẽ quoque ſuperaſſe creditus ſit. Extat & hymnus, quem Mnemoſinę cõcinit: in quo ſcribit, omnia quidem tẽpore marceſcere; ipſum verò tẽpus Mnemoſinæ beneficio & ſenectutis, & mortis eſſe expers. *Suidas.*

C. A. Christ. 125.

Hadrianus Imperator hujus Artis levamine eâ fuit memoriâ, ut ocos, negotia, milites quoq; abſentes, nominibus recẽſeret. Sueton. Dion. Io. Ravi ſ. Polydor. Virg.

de

de rer. Inventor. lib. 2. cap. 9. In eo etiã admirandum fuit, ut uno tempore ſcriberet, dictaret, audiret, & cum amicis fabularetur, ut tradit Spartianus: quem etiam ſcribit libros ſtatim lectos, & ignotos quidem plurimùm memoritèr reddidiſſe Simon Maiolus *dier. canicul. tom. 1. memorabilia Arte hominum confecta colloqu. 23.*

C. A. Chriſt. 179,

Magnus ille Eccleſiæ propugnator S. Irenęus Lugdunenſis Epiſcopus memoriâ floruit prorſus admirandâ. Tùm in ſacris, tùm in prophanis conſummatæ fuit eruditionis. In Poëticis, & Philoſophis perfectè verſatus erat: Nullius Hęretici doctrinam, & argumenta ignorabat: Scripturę Sacrę callentiſſimus. Innumerorum, quę Apoſtolorum diſcipuli viva voce docuerãt memoriam habebat. Ell. du Pin. *Nova biblioth. Auth. Eccleſ. tom. 1. fol. 99.* & ex eo Pope-Blount. *in cenſur. celebr. Auth.*

C. A. Christ. 205.

Ammonius Abbas, Magni Pambonis discipulus, vetus, & novum testamentum ità percalluit, ut memoriter recitaret; In Doctorum virorum, Athanasij præsertim, & Basilij scriptis ità versatus, ut decem millia versuum, & sexcentum ex eis protulerit. Pallad. *cap.* 12. *apud Ros. Weyd.* Drexell. *in Aurifodin.*

C. Anno Christi 230.

Origenes, Adamantinus dictus ob indefatigabile studium, patriâ Alexandrinus, Leonidæ Martyris filius, Ammonij præstãtissimi Philosophi in Philosophia, & Clementis Alexandrini in sacris dogmatibus auditor, ac discipulus, nõ solùm Vir fuit tantæ erunditionis & ingenij, ut ei parem doctissima Græcia, felicissimorum ingeniorum parens, nunquam habuerit; sed etiam Divinæ prorsus memoriæ; novum enim & vetus testamẽtum memoritèr tenuit. Ioan.

wetf.

Wetſ. *cent.* 3. *lect. memorab.*

C. A. C. 310.

Ioannes Paleſtinus cęcus, prę-ter ingenij excellentiam, admirandâ quoque fuit prędituſ memoriâ, ſic de eo Euſebius. *Plurimùm admirationis habet in Joanne memoriæ vis, quæ quidem integros ſacrarum ſcripturarum libros, non in tabulis lapideis, ut ait Divus Apoſtolus, neque in animalium pellibus, membranis aut charta, quæ vel tineæ conficiunt: vel temporis conſumit diuturnitas; ſed in tabulis revera cordis carnei, ideſt in animo ſolerti, & ſincerâ mentis intelligentiâ ſcriptos habuit, adeò ut quando viſum erat, interdum legis, & Prophetarũ teſtimonia, ſępè hiſtorias, nonnunquam evangelia, aut Apoſtolorum ſcripta memoritèr ex animi domicilio, tãquam ex quodam literarum theſauro proferre potuerit.* Hæc ille; ſubijcit quoque, cùm eum audiſſet aliquando obſtupuiſſe, putaſſeque illum è ſcripto, quæ dice-

ret, recitare. Euſeb. Cęſarienſ. *Hiſtor. lib.* 8. *cap.* 22.

C. A. C. 310.

Valens, Aliæ Civitatis Diaconus Divinarum literarum memoriam in pectus adeò incluſit, ut quemcunque locum citare vellet, perindè expeditè illud faceret abſque ſcripto, atque ſi ex ſcripto legeret. Euſeb. Ceſarienſ. *Hiſtor. lib.* 8. *cap.* 21.

C. A. Chr. 370.

Nepotianus Heliodori Epiſcopi è Sorore Nepos, iuvenis militiã ſecutus: tandem vitam religioſam amplexus, libros ea memoriæ felicitate tractavit, ut in familiaribus colloquijs, ac diſputationibus, ſi quid eruditionis in medium fuiſſet prolatum, ſtatim expeditèque diceret, Hoc Tertulliani eſt, hoc Cyprlani, hoc Lactantij, illud Hilarij eſt: ſic Minutius Felix, ità Victorinus, in hũc modum locutus eſt Arnobius. Hieronym. *tom.* 1. *epiſtol.* 3. *p.* 10.

ubi

ubi addit. *Lectione assidua, & meditatione diuturna pectus suum bibliothecam fecerat Christi.*

C. A. Christ. 375.

Divus Hieronymus incomparabili fuit memoria. Ad Divinarũ humanarumque rerum exactam scientiam literarum porrò omniũ, non Latinarum modò & Græcarum, sed & Hebraicarum, Chaldaicarum, Syriacarum, Persicarum, Arabicarum, & nationum penè omnium singularem cognitionem adjecit. Hinc illud à Põtifice Hipponensi scriptũ est elogium. *Nullus hominum scivit, quod Hieronymus ignoravit.* Augustin. *tom.* 2. *in appendic. Epistol. ad Cyrill. Hierosol. Episcop. pag.* 380. *Guido Bitur.*

C. Anno Christi 380.

Antonius Ægyptius Eremita tenacissimæ memoriæ fuit. Novum & vetus testamentum cùm audiret, memoritèr tenuit. D. Augistin. *lib.* 1. *prolog. de doct. Christ.*

C. A. Christi 390.

Simplicius quidam Divinam quandam rerum memoriam habuit: sic de eo D. Augustinus *de anim. & ejus origin. ad Vinc. Vict. lib. 4. cap. 7. n. 7. Amicus meus, jam inde ab adolescentia Simplicius nomine, homo excellentis mirabilisque memoriæ, cùm interrogatus esset à nobis, quos versus Virgilius, in omnibus libris supra ultimos dixerit; continuò, celeriter, memoriterque respondidit; quæsivimus etiam superiores ut diceret, dixit: & credidimus eum posse retrorsum recitare Virgilium; de quocumque loco voluimus, quæsivimus ut faceret, fecit: Prosa etiam de quacumque oratione Ciceronis, quam memoriæ commendaverat, id eum facere voluimus, quantùm voluimus sursum secutus est.* Simplicium Memoriæ Artem percalluisse nemo est, qui non videt: & quamvis Divus Augustinus hoc haud aperiisset, ambigi tamen nequit. Singulari enim Dei auxilio

id

id minimè præſtitiſſe liquidò cõſtat; nam ſi divinitùs hanc fuiſſet excellentiam adeptus, Divus Auguſtinus pro ſui in hominem longævâ neceſſitudine familiariſſimum amore, utique dixiſſet. Solius naturalis memoriæ ope id factum, credant qui velint; mihi mortalium probarit perſuaſeritque nemo. Nullum ſanè vidi, qui naturali memoriâ, quamvis egregiâ fretus, etiam in oratione Dominica in dies quibuſdam toties repetita, ne dicam in omnibus Virgilii verſibus (ſunt ſupra duodecim millia) recto, retrogrado & intercalari ordine recenſere, aut deſignato quolibet numero dictionem indicare potuerit.

C. A. Chriſt. 395.

Magnus ille Vir Divus Aurelius Auguſtinus, Tagaſtæ in Numidia natus, memoriâ polluit eximiâ, fuit enim in ſeptem artibus liberalibus præſtantiſſimus, Platonicâ Philoſophiâ pleniſſimè im-

imbutus ; Ariſtotelicæ doctrinæ non ignarus, in Divinis ſcripturis ultra quam dici queat inſtructus, & Theologorum ſui temporis facile Princeps. *Sixt. ſenenſ. Biblioth. l. 4. Fam. ſtrad. eloqu. bipart. lib. 1. proluſ. 1.*

C. A. Chriſt. 500.

Amalaſonta Alarici mater eâ fuit memoriâ ut Græcis, Latiniſque literis imbuta, atque Barbarorum omniũ linguis egregiè cognitis, cũ unoquoque docto diſceptatione cõtenderet. *Plotin. in Agapeto. primo.* Simon Majolus *Dier. Canicul. tõ. 1. memorabil. Art. homin. colloq. 23.*

C. A. Chriſt. 575.

Coſroës Perſarum Rex hanc quoque præſtantiam conſecutus eſt, ille enim omnes Ariſtotelis libros memoriâ comoprehendit. *Drexell. in Aurifodin. part. 1. cap. 2.*

C. A. Chriſt. 590.

Maurilius, Carduenſis Epiſcopus Rege ſub Gumthrãno, Genealo-

logias Veteris teſtamenti, quaſi codicem legeret, ſic memoriter referebat. Aimon. *lib.* 3. *de reb. geſt. Francor.*

C. Anno Chriſt. 730.

Gregorius Tertius Pontifex maximus omnes ordine pſalmos memoriâ complexus eſt. *Spondan ad ann.* 771.

C. A. C. 1010.

Saluſtius, Baſilidis Syri filius, Philoſophus, publicas Demoſthenis orationes memoriæ inſcripſit omnes. *Suidas.*

C. A. C. 1015.

Genethilius, Genethilij Filius, Sophiſta Paleſtinus Minutiani, & Agapeti diſcipulus, tanto memoriæ bono claruiſſe fertur, ut totam declamationem ſemel auditam, mox memoriter recitaret. *Suidas.*

C. A. C. 1128.

Puer fuit in Sueſſonienſi Urbe, qui

qui omnem veteris teſtamenti hiſtoriam rhytmicè referebat; Evãgelium quoque omne, ac quidquid Chriſtus egiſſet in terris, occluſis oculis veluti ex ſcripto recenſebat. Majol. *dier. canicul. colloq.* 4. *ex Rob. de Mend.*

C. Anno Chriſti 1040.

Avicenna, in Balech oppido natus, Medicus & Philoſophus inſignis, anno ætatis decimo, tam luculentum ingenij, atque memoriæ ſpecimen Doctoribus dedit, ut miraculo eſſet; quippe Alchoranum, qui liber Mahometi leges continet, memoriâ tenebat. Literas Humaniores eadem ætate perfectè calluiſſe fertur. Idem methaphyſicos libros Ariſtotelis memoria tenuit. Sarzan. Arabs *in ejus vita* Joann. Anton. Vander Linden *de Scriptor. Medic.*

C. A. C. 1055.

Primus Mediolani Comes adeò pertinaci valuit memoriâ, ut, quæ in ſenibus prima læditur, niſi Artifi-

tificio ſit munita, illi nonageſimum quintum annum agenti nulla ex parte debilitata, non modò Latinè loquentem non deſereret, verùm Hebraicas, atque Chaldaicas voces, & quidquid ex ſublimioribus, quas adoleſcens didicerat, rem præſentem diſputanti foret opus, ſubminiſtraret. P. Joan. Rhò. *Var. Virt. Hiſtor. lib. 5. cap. 2. fol. 552.*

C. A. Chr. 1175.

Theodorus Metochites, qui Andronici, Paleologi Imperatoris filij, Dromi Logotheta fuit, Artis Memoriæ beneficio ad eruditionis culmen pervenit, admirabilēque ſe omnibus præſtitit. Si quid ex eo ſive novum ſive antiquum quæreres, ita recenſebat, quaſi de ſcripto pronunciaret: quare in ejus colloquijs ſupervacui codices erant Gregoras. *lib. 7* Bōchet *in Arte memorat. lib. 1. cap. 2.*

C. A. Chr. 1180.

Fridericus I. Imperator Auguſtus

ſtus tam excellentis memoriæ fuit, ut cùm aliquem ſemel loquentem vidiſſet: poſt longam temporis intercapedinem denuo agnoſceret. Drexell. *in Aurifodin. part.* 1. *cap.* 2.

C. A. Chr. 1255.

Divus Thomas Aquinas, Theologorum Aquila, & verè doctor Angelicus quod ſemel legerat, ſtatim memoritèr reddere poterat. Hic enim Arte memoriæ uſus eſt; cùm eam & ſcripſerit, & ad poſteros trãſmiſerit, licèt adeò obſcurè, ut niſi audito priùs hujus Artis perito, ejus præcepta intelligent pauci. L. Gur. *in ejus Vita.*

C. A. Chr. 1300.

Joannes Duns, Natione Scotus, Vir in decus, & miraculum ſui ſeculi natus, cùm in illa inſigni cõgreſſione, quam Pariſijs pro Immaculatæ Conceptionis defenſione habuit, magnum fuerit argumentorum pondus, quibus impe-

to-

tebatur, omnia (erant numero 200.) ſine interruptione, quieto & tranquillo animo, attentè audivit, & mirabili memoriâ ſuo ordine reſumpſit, ſolvendo intricatas eorundem difficultates, & nodoſos ſyllogiſmos. Pelbrat. *l.* 4. *ſtellar. part.* 1. *artic.* 3. Oyeda *Soc. Jeſ. in informat. pro defention. Immaculat. Concep. fol.* 62.

C. A. Chr. 1340.

Clemens VI. Pontifex maximus tantâ fuit memoriâ, ut quidquid vel ſemel legiſſet, obliviſci ampliùs non poſſet, Ex vehementi capitis vulnere, tantum boni ei obtigiſſe nonnulli ferunt; Alij, inter quos Blondellus *in ſua Art. Mnemon. cap.* 2. hujus Artis ope, ac continuâ exercitatione id feciſſe tradunt; cùm capitis vulnera contrarium potiùs effectum peperiſſe, experientia docuerit; atque huic opinioni aſſentire videtur Petrarch. *lib.* 2. *rer. memorand.* ubi ſic de eo loquitur. *Clemens VI. egregius nunc Romu-*

mulei gregis paſtor, tam potentis & invictæ memoriæ traditur, ut quidquid vel ſemel legerit, oblivi-ſci etiam ſi cupiat non poſſit, hoc ſibi & ſtudiorum nutrix alma Pa-riſius, & Orbis univerſus tribuit. Ego enim & ſi ſæpe ante pedes ejus fuerim, tamen de hac re nihil præ-ter famam habeo, cui facilius ac-cedo recolens, id ſibi non noviter tributum, ſed ante diù quàm hoc fortunæ culmen aſcenderet, in quod evectum, circumſtrepentibus adu-lantium turbis, veræ laudis ju-dicium amiſerant. Illud additur miraculo hanc tantam ſibi memo-riam, magno quondam capitis ictus (cujus adhuc teſtis ætas extat, ingens ſupremo vertice cicatrix) perveniſſe. Memorabilis caſus ſi modò verus, hoc enim habet in-ter multa clarorum admiratio, viã fabulis aperire ſolet, ſed ſi ità eſt compenſentur hoc tam felici vul-nere, illorum caſus duriores, de quibus eſt apud Plinium. Quo-rum alter ictu lapidis literarum omnium, alter præcipiti caſu ma-

tris

tris & affinium, & propiriquorum, Tertius autem morbo ſervorum ſuorum, quartus etiam proprij nominis oblitus eſt.

C. A. Chr. 1350.

Franciſcus Tygri eâ tenaci viguit memoriâ, ut Bartholus ſæpe in commentando, ejus operâ ſit uſus, in legibus, quas in prõptu non habebat, inveniendis. Baldus, & Pichardus *in vita Bartholi*.

C. A. Chr. 1350.

Amicus quidam Petrarchæ incredibili ſanè memoriâ fuit, ſic de eo *lib. 2. rer. memorand. Amicus quidam meus adoleſcentia ad hanc ætatem, tàm multis & domus, & patriæ laboribus, periculiſque jactatus eſt, ut otioſum ſermè nullum tempus invenerit, quo nihil huic de qua loquimur facultati poteſt eſſe funeſtius. Vaga enim mens multa cõplectitur, pauca ſtringit. Cæterum huic inter varias, & innumerabiles ac diſcerpen-*

pentes animum curas, in exhauſtam quandam memoriam militarem inſitam animadverti, quæ crebro in horrorem compulit cogitantem (quantò uberior fuſſet ſi eam ſibi, quod ſtudioſi homines ſolent) circumvallare, & fulcire quotidiana lectione licuiſſet. Vidiſſe ſemel, vel audiſſe ſatis eſt, nunquã obliviſcitur, nec res modo meminit, ſed verba, tempus, & locum, ubi quid primum acceperit. Sepè totos dies, aut longas noctes colloquendo tranſegimus, audiendi namque cupidior nemo eſt, poſt annos verò ſuborta earumdem rerum mentione, ſi quid fortè plus, minuſve aut aliter dixiſſem. ſubmiſſa voce confeſtim admonebat, hoc me, aut illud verbum mutare. Admirantique & unde noſceret perculanti, non ſolum tempus, quo id ex me audiviſſet, ſed ſub cujus ilicis umbraculo, ad cujus undam fluminis, in cujus maris, litore, cujus montis in verticem (longinquas enim ſecum horas circumivi) mc ſingula recognoſcente me-

morabat. Iterum & iterum experrtus fateor, ad loquendum illo præsente, quod vel cautior certè, vel tardior factus sum.

C. A. Chr. 1350.

Ipse quoque refloreſcentis eloquentiæ princeps Franciſcus Petrarcha perenni memoriâ, atque admirabili fuit præditus facundia. Ei familiariſſimæ quarumcumque gentium Hiſtoriæ; Senſus fabularum notiſſimi; & breviter quidquid Philoſophiæ ſacro jacet in gremio manifeſtum erat. Joan. Boccat. *in præfat. oper. de Genealog. Deor.* Prudētum qui ambiget, hunc Memoriam hujus Artis adjumento perennem confeciſſe, erit nemo; Nam *lib. 2. rer. memorand. in exemplo Themiſtoclis* hæc ſcribit. *Artificioſa Memoria in Græcia reperta apud nos hodie vulgata eſt.*

C. A. Chr. 1430.

Ludovicus Pontanus Spoletinus, Romanus cognomine, Juris-

consultus, tenaci ac expedito memoriæ captu penè omnes suo ævo superavit; memor erat omnium, quæ unquam aut legisset, aut audisset, nec oblitus erat eorum aliquid, quæ ipse vidisset. Corpus civile & canonicum memoriâ tenebat. Vir summus non admirationi, sed stupori futurus omnibus populis, nisi pestiferâ lue vix trigesimum egressus ætatis annũ in Basilienſi Concilio perijsset. Anæas Sylv. *lib.* 1. *de gest. Basil. Concil.*

C. A. Chr. 1440.

Alphonsus Tostatus Hispanus, Abulensis Episcopus, eâ fuit memoriâ, ut nil unquam semel perlectum oblitus feratur. Antequã vigesimum tertium vidisset annum scientias disciplinasque penè omnes est adeptus. Fuit enim Philosophus, Theolologus, Jurisconsultus, Mathematicus, Geographus, & Historicus minimè vulgaris. Linguarum Latinæ, Græcæ, atque Hebraicæ callentissimus

An-

Anton. Poſſevin. *in Appar. Sacr.* Alphonſ. Garſ. *matamor. lib. de Hiſpan. Claris Viris.*

C. A. Chr. 1480.

Petrus Thomaſius Ravennas, Juris conſultus celeberrimus, & Artis Memoriæ magiſter, quantùm in ea profecerit, ex his, quæ ſubnectere non gravabor, palam fiet. Sic ille de ſemetipſo loquitur *in ſuâ Fanic.* poſt hujus Artis præcepta.

Excellentiſſimos in artificioſa memoria habui auditores lector dulciſſime, meamq; doctrinam miris laudibus extulerunt, quorum aliquos hic legere tibi, ut puto, placebit. Fuere mei diſcipuli Magiſter Antonius Trombetta ordinis minorum Theologus celeberrimus. Magiſter Petrus Roceabbonella, Magiſter Joannes de Aquila, Magiſter Nicoletus Theatinus, Magiſter Hjeronymus Veronenſis, Magiſter Hjeronymus de Polchaſtris artium, & medicinæ doctores cõſumatiſſimi, & Paduæ legentes.

Spectabiles Severius, & Nicolaus Illustrissimi Ducis Ferrariæ secretarij. Dominus Joannes Maria Rinninaldus. Dominus Dominicus de Massa. Dominus Antonius de Liutis. Dominus Joannes Franciscus de Canali, & Dominus Leonellus de Bruturis Juris consulti consummatissimi, & Ferrariæ legentes.

Tacebo nobiles Venetos, qui me audito multa memoriter pronunciare didicerunt. Dominicum tamen Georgium virum illustrem silentio involuere nequeo: qui doctrina mea, ut ipse affirmabat, immortalem sibi gloriam comparavit.

Bononiæ, Papiæ, Ferrariæque legi: & qui me audierunt, multa memoriter scire incœperũt, & quamvis mea artificiosa memoria aliorum auctoritatibus sit cõprobata; peccare tamen non puto, si acta mea in hoc libello legẽtur; quæ ipsam mirabiliter approbabunt.

Dum essem juris auditor, nec vigesimum vidissem annum in univer-

verſitate Patavina dixi, me totū Codicem Juris civilis poſſe recitare: petij namque, ut mihi leges aliquæ ad arbitrium aſtantium proponerentur: quibus propoſitis ſummaria Bartoli dicebam, aliqua verba textus recitabam, caſum adducebam, tacta per doctores examinabam, textuſq; iſte tot habet gloſſas dicebam, & ſuper quibus verbis erant poſitæ, recordabar, contraria allegabam, & ſolvebam, viſum eſt aſtantibus vidiſſe miraculum. Alexander Imolenſis diù obſtupuit, nec fabulam narro ego palam locutus ſum in univerſitate Paduæ: & quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, teſtes hujus rei tres habeo, Magnificum dominum Joannem Franciſcum Paſqualicum Senatorem Venetum, & Juris utriuſque doctorē excellentiſſimum apud Illuſtriſſimum Mediolani Ducem nunc legatum: & clariſſimum doctorem dominum Sigiſmundum de Capitibus liſtæ civem nobilem Patavinum: cujus pater Franciſcus fuit

acutiſsimi ingenii Juriſconſultus. Spectabilem dominum Monaldinũ de Monaldinis Venetiis commorantem: in quo virtus domiciliũ ſuum collocavit.

Lectiones etiam Alexandri Imolenſis Paduæ legentis copioſiſsimas memoria tenebam, & illas ex verbo ad verbum in ſcriptis redigebam: illas etiam, poſtquam finierat, aſtante magna auditorum cõpia à calce incipiens recitabam, ex ſuiſque lectionibus, dum in ſcholis audirem, carmina faciebam, & omnes earum partes in carminibus poſitas ſtatim replicabam; & qui hoc viderunt obſtupuere hujus rei teſtes habeo clariſsimum equitem, & doctorem dominum Joannem Franciſcum de Mirris Brixiẽſem: ſpectabilem doctorem dominum Sigiſmundum de Capitibus liſtæ, & filium Alexandri Imolenſis, qui nunc eſt Juriſconſultus celeberrimus.

Cẽtum, & quẽdraginta quinq; auctoritates religioſiſsimi fratris Michaelis de Mediolano Paduæ præ-

di-

dicantis, immortalitatem animæ probantes, coram eo memoriter, & prompté pronunciavi: qui me amplexus est dicens; vive diu gemma singularis: o utinam te religioni dicatum viderem, testis est civitas Patavina: sed magnificum dominum Joannem Franciscum Pasqualicum, & dominum Sigismundum de Capitibus listæ, & dominum Monaldinum de Monaldinis testes habeo.

Petiii ego doctor creatus in universitate Patavina, ut mihi in cathedra sedenti aliquis de universitate auditor unum ex tribus voluminibus digestorum, quod eligeret, præsentaret, locumq; in quo legere deberem, designaret: dixi enim super re proposita innumerabiles leges allegabo, testes sunt Clarissimus Juris utriusque doctor dominus Gaspar Orsatus Paduæ Jura Canonica legens: & doctissimus dominus Prosper Cremonensis Paduæ commorans. Omnes prædicationes, quas in una quadragesima magister Antonius Heremita Pa-

quæ pronunciaverat, eo ordine, quo ipse dixerat, memoriter pronunciavi, & in scriptis sibi dedi: quo viso dixit, quòd amplius Paduæ non prædicaret: & hujus rei, si vivit, testis est ipse exceptione major.

Prædicationes etiam domini Matthei Veronensis Canonici regularis, & viri eloquentissimi, quas in tota quadragesima fecerat, sibi inscriptis dedi, quia memoriter tenebam, & in chartis reponebam: testis est ipse, & dominus Deodatus Vicentinus canonicus regularis.

Dum Pistorii legerem à dominis Florentinis conductus, sermonem verbi Dei fratris Blasii de Plombino heremitæ recitavi: testes sunt Paulus magistri Michaelis, & Domitius Cancellarius, Pistoriēses cives: & tota civitas illa de mea artificiosa memoria testificari poterit, quæ me immunitatibus, & privilegiis decoravit.

Dominicus Georgius, vir illustris, Paduæ præfectus, & meus in ar-

artificiosa memoria discipulus, dū litteras Ducales semel legeret, earum verba collocavi, & statim recitavi. testis est dominus Annibal de Magiis de Bassiano nobilis civis Patavinus: cujus pater Nicolaus fuit excellentissimus Jurisconsultus.

Semel in scachis ludebam, & alius taxillos jaciebat, aliusque omnes jactus scribebat; & ex themate mihi proposito duas epistolas dictabam; postquam finem ludo imposuimus, omnes jactus scachorum, & taxillorum, & epistolarum verba ab ultimis incipiens repetii: hæc quatuor per me eodem tempore collocata fuerunt: testes sunt dominus Petrus de Montagnano, & Franciscus Nevolinus nobiles Patavini cives.

Dum essem Placentiæ monasterium monachorum nigrorum intravi, ut illud viderem, in dormitorioq; ejus comitante monacho quodam bis deambulans monachorum nomina, quæ in ostiis cellarum erant collocavi; deinde con-

gregatis eis nomine proprio quemlibet ſalutavi: licèt quem nominabam, digito demonſtrare non potuiſſem: mirabantur monachi quo pacto ego peregrinus nomina eorum memoriter proferrem, ipſis mirari non deſinentibus, dixi tandem hoc potuit mea artificioſa memoria: quorum unus dixit, ergo hoc Petrus Ravennas facere potuit, & non alius.

In Capitulo generali Canonicorū Regularium Paduæ prędicationem domini Deodati Vincentini eo ordine, quo ipſam pronunciaverat, recitavi aſtante ipſius prędicationis auctore. Semel me traxit ad ſui contemplationem Caſſandra Fidelis Veneta, virgo excellentiſsima, quę dum legeret litteras Sereniſſimę conjugis Regis Fernandi ad ſe miſſas, illas collocavi, & recitavi. teſtis eſt illa doctiſsima virgo, dominus Paulus Raimuſius doctor excellens Ariminenſis, & Angelus Salernitanus vir clarus.

Scribebat quidam Illuſtriſsimæ Ducisſæ Eleonoræ privilegiū, alius le-

legebat: præsens eram, illudque ex verbo ad verbum locis tradidi, & ab ultima dictione ineipiens totũ recitavi. mirabantur astantes; hujus rei testis est Dominus Joannes de Bruturiis clarissimus Ferrarię civis, qui etiam multa de hac Artificiosa Memoria narrare poterit.

Quid autem de actis meis referre possit nepos maximi Pontificis Pauli Reverendus Paduę Canonicus, & decretorum doctor insignis dominus Augustinus Barbus; omitto: cum compater sit charissimus. Sed quid plura? testis est Brixia, Papia, & Cremona, quid potuerit mea Artificiosa Memoria. declarant hoc carmina, quæ in principio hujus libelli leguntur. Testis est Illustrissimus Marchio Bonifacius, & ejus pulcherrima uxor, quæ me egregio munere donavit. Testis est novissimè Bononia. Testis est Illustrissimus Hercules Dux, & Illustrissima uxor Eleonora. Testis est tota Ferraria.

Duas enim prædicationes celeberrimi verbi Dei præconis Magi-

ſtri Mariani heremitæ recitavi : quo audito obſtupuit dictus Magiſter, & dixit. Illuſtriſſima Ducisſa, hoc eſt divinum, & miraculoſum opus.

Teſtis eſt univerſitas Patavina: omnes enim lectiones meas Juris Canonici ſine libro quotidie lego, ac ſi librum ante oculos haberem: textum, & gloſſas memoriter pronuncio, ut nec etiam minimam ſyllabam omittere videam.

In locis autem meis, quæ collocaverim, hìc ſcribere ſtatui, & quæ locis tradidi perpetuo teneo: in decem, & novem literis alphabeti viginti milia allegationum Juris utriuſque poſui, & eodem ordine ſacrorum librorum ſeptẽ millia. mille Ovidii carmina, quæ ab eo ſapienter dicta continent. ducentas Ciceronis auctoritates. trecenta philoſophorum dicta. magnã Valerii Maximi partem. Naturas ferè omnium animalium bipedum, & quadrupedum; quarum auctoritatum ſingula verba collocavi. & quando vires Artificiosæ Memoriæ

ex-

experiri cupio; peto ut mihi una ex literis illis alphabeti proponatur: super qua propoſita allegationes profero: & ut clarè intelligar, exemplum habe. propoſita eſt mihi nunc littera. A. in magno doctorum virorum conventu, & ſtatim à jure principium faciens mille allegationes, & plures proferam de alimentis, de alienatione, de abſentia, de arbitris, de appellationibus, & de ſimilibus, quæ in jure noſtro habentur, incipientibus à dicta littera. A. deinde in ſacra ſcriptura, de Antichriſto, de adulatione, & multas allegationes ſacræ ſcripturæ ab illa littera incipientes pronunciabo, carmina Ovidii, auctoritates Ciceronis, & Valerii non omittam: de Aſino, de Aquila, de Agno, de Accipitre, de Apro, de Ariete auctoritates allegabo: & quecunque dixero, ab ultimis incipiens volociter repertã. & hanc memoriæ demonſtrationẽ pulcherrimam eſſe puto: cui me obligavi ſemper, & ad ſemper. Interrogetur Reverendiſſimus nunc vi-

cem

cem gerens Bononiæ cum cõsumatissimo Jurisconsulto domino Joanne de Sala, quid super littera. M. mihi proposita allegaverim. Interrogetur universitas Bononiæ quid super littera P. de Dei potentia, & potestate Papæ pronunciaverim. & hunc legẽdi modum à rerum multitudine chaos appello, quando Deo Optimo Maximoque placuerit, hoc tantum opus Italiæ, ac toti orbi tradam.

Hæc etiam in Jure Canonico tantum locis tradidi tria millia allegationum Decreti: duo millia Decretalium: totum Sextum, & ejus mille Glossas: Clementinas, & earũ mille glossas: & quando de Glossis Decretalium, Sexti, & Clementinarum verbum facio; dictiones, in quibus sunt positæ, profero.

Mille etiam singulariter dicta in Jure Civili memoriæ tradidi. nec fabula narratur: in iis enim quotidie periculum facio: omnia mea mecum portare volui, majora tamen cupio ab iis discere: naturalia enim desideria insatiabilia

sunt

ſunt, ut ait Seneca ad Lucillum,

Non omitto etiam Illuſtrē Principem Marcum de Piis, qui me audiens obſtupuit: & ex hoc me abſentem ſæpiſſime nominat. Dominus Bartholomeus Pigafetus Vincentinus, vir quidem ſapientiſſimus, dicere audèt dominum Thomam Reatinum, qui omnium ætatis ſuæ memorioſiſſimus fuit, novi, & ſibi magna amicitia conjunctus fui: ſed te ſuperiorem eſſe judico.

Et tandem concluſ: prim. prope finem hæc habet: *cùm patriam relinquo, ut peregrinus Urbes Italiâ videam dicere poßum omnia mea mecum porto.*

C. A. Chriſti 1485.

Phœnix ſæculi ſui nobiliſſimus Joannes Picus Princeps Mirandulanus hoc adjumento memoriam habuit propè Divinam. In quadam publica diſputatione habita Ferrariæ centum difficillima argumenta propoſuit, quæ omnia diverbs modis, hujus Artis ope cum omnium adſtantium admi-

ra-

ratione, ac ſtupore replicavit. Poema recens ab ipſo, qui illud ediderat auditum, tàm celeriter arripuit, ut mox ſuum eſſe contẽderet: argumentum ſatis violentum afferens, quod ipſe memoriter id redderet, quod recitator primus, & verus auctor carminis nequiret. Hic enim in philoſophicis, Mathematicis, Theologicis, Diſciplinis: In ſeptem artibus liberalibus: In literis Latinis, Græcis, Hebraicis, Chaldaicis, & Arabicis neminem habuit fortaſſe parem. Sed (prohdolor!) in primo ætatis vere ac flore immatura Mors eum vitâ orbavit. Joan. Franc: *in ejus Vita.* Alphonſ. de Marcho *in libr. formalit. D. Thomæ tract. 3. de memor. & reminiſcent. fol. mihi* 64. Paul. Jovius *in elog.*

C. A. Chriſti 1485.

Dominicus Georgius Nobilis, Venetus Artis Memoriæ auxilio, quam Petrus Thomaſius Ravennas eum docuit, immortalem ſibi gloriam cõparavit. Petr. Thomas.

mas. Ravennas *in ſua Phœnic.*

C. Anno. Chriſti 1490.
Petrus, Petri Lombardi frater, Trecenſis Præsbyter divinas ſcripturas memoriter calluit. *Trithē.*

C. A. Criſt. 1490.
Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, Homo quidem omnigenâ Minervâ præditus, artificioſâ memoriâ celebris fuit, cujus ope inter ſui ſæculi doctrinâ claros paucos habuit æquales, vix ullum ſuperiorem. Ab ejus Polygraphia, qui eum intelliget, Artis memoriæ ſemina exiget, ita ipſe teſtatur *in dicta Poligraph. cauſ. & utilitat. fol. mihi* 40.

C. A. Chriſti 1490.
Antonius Ravennas quantum artificioſâ memoriâ valuit teſtis eſt Sabellicus, qui *cap.* 9. *lib.* 10. *exemplorum* ſic de eo ſcribit: *Sūt his memoriæ exempla ſubtexenda, qua ſecundum rationem, nil Deus dedit homini ſanctius, nil uti-*

utilius & ad eruditionem aptius: est hęc thesaurus disciplinarum omnium, artiumque studio & labore quęsitarum custos fidelissima. Constat id bonum naturę beneficio, augetur tamen & excolitur Arte, in quo genere, unum exemplum & singulare vidit ætas nostra, in Antonio Ravennate, qui multa millia rerum stans percipiebat animo, & eo quo accepta essent ordine, memoriter reddebat: sed hæc artificii sunt non naturę.

Ipse quoque Marcus Antonius Coccius Sabellicus Vir undequâque doctissimus admirandâ memoriâ fuit. Eum autem Artem habuisse, atque maximo sibi in studiis omnibus, tantisque libris contexendis, ornamento, & adjumento fuisse, clarius est, quàm ut probatione ulla indigeat. Nam & hujus Artis excellentiam cognovit, & specimen paulò antè relatum vidit. Bellarmin. *in script. Eccles.* Paul. Jovius *in Elog.*

C.A.

C. A. Chiſt. 1510.

Deſiderius Eraſmus, Roterodamus, Varro ſui ſæculi, atque Germaniæ Cicero, de hac Arte ſcripſit, quâ frerus, gloriabatur ſe puerum adhùc Oratium, & Terentium totos memoriter percalluiſſe. Drexell. *in Aurifodin. part. 3. cap.* 10.

C. A. Chriſt. 1510.

Chrioſtphorus Longolius, Juriſconſultus, Machiniæ, Nobili Germaniæ oppido, ſplendido inter ſuos loco natus, artificioſâ memoriâ inſignis fuit; ſic de eo Auctor Vitæ. *Memoriâ tantâ fuit, ut de ea tollenda, quæ animo ſemel inſedißent, diuturnitas temporis vix aliquid valeret. De pluribus, & variis rebus ſæpe interrogatus, de quibus a multis annis nihil legerat, non minùs promptè de ſingulis ſolitus eſt reſpondere, ac ſi eo die ab eo perlecta fuiſsēt. Si aliquando de iis rebus ſermo incideret, quæ à diverſis, & variis*

Scri-

Scriptoribus tractata eſſent, cùm res ipſę eſſent eædem; ità tamen oratione ſolebat diſtinguere ſua verba ſingulis Scriptoribus, à quibus ea acceperat, referendo, ut non memoriter ea dixiſſe, in quo ſæpe offendi ſolet, ſed de ſcripto pronunciaſſe videretur. Quæ ſæpe dum faceret, ita auditorum admirationē incendit, ut eum Artificio quodam non naturali memoriæ bono, uti exiſtimarent.

C. A. Chriſt. 1520.

Eminentiſſimus Thomas de Vio, à Patria dictus vulgò Gajetanus, hac Arte fretus tenaci atque ampliſſimâ memoriâ fuit. Prę-ter multarum Linguarum cognitionem, ſubtiliſſimus Dialecticus, admirabilis Philoſophus, incomparabilis Theologus, & inter eruditiſſimos doctiſſimi ſui ſæculi lō. gè fuit eruditiſſimus. Alphonſ. de Marcho *in libr. formalitat. D. Thomæ tract. 3. de Memor. & reminiſc. fol. mihi* 64. Albert. Miræus *in Biblioth. Eccleſiaſt.*

C. A.

C. A. Christ. 1520.

Hieronymus Aleander potentis atque invictæ memoriæ fuit. Latinè, Græcè, Hebraicè aliisq; exoticis Linguis ità loquebatur, ut in plerisque eloquentissimus, in nulla hospes esset. Hic cùm fama singularis doctrinę, qua pollebat, celebris esset; Primùm à Leone Decimo Romam vocatus, in Germaniam legatus mittitur: à Clemente Septimo Brundisino Episcopatu donatus est: tandem à Paulo Tertio in ordinem Cardinalium receptus. Jovius *in Elogiis*.

C. A. Christ. 1525.

Thomas Morus Lũdinensis memoriam habuit prope Divinam, quâ adjutus omnium bonarum disciplinarum encyclopediam est adeptus, quippe Theologus, Philosophus, Orator, Poëta, Historicus, Mathematicus, Grecè, Latinèque ad unguem doctus. Joan. Pitseus; Bellarmin. *de Scriptorib. Eccles.*

C. A.

C. A. Chriſti. 1530.

Laurentius Bonincõtrius, cujus liber Aſtronomicus manuſcriptus, apud Cardanum extat, cùm ille octogenarius eſſet, adeò integrâ memoria (teſte Lippo Brandolino *in libello de Vitæ humanæ conditione*) uſus eſt, ut quæcunque illi puero contigiſſent, & quæ inventa legiſſet, adeò memoriter teneret, ut eâdem die viſa aut lecta crederes. Cardan. *de ſubtilitate lib. de hominis natura.*

C. A. Chriſt. 1530.

Lilius Gregorius Gyraldus Ferrarienſis, qui Varro ſui temporis dici meruit, eâ memoria polluit, ut prodigiũ quoddam videretur. Genius erat univerſalis, qui nihil ignorabat, quippe in linguarum notitia cum primis excellebat. Hofmann.

C. A. Chriſt. 1535.

Joachimus Camerarius, verè Germaniæ ſuæ Phœnix, hujus Artis,

tis, de qua conſcripſit, beneficio tanta tenaci floruit memoriâ, ut præter vernaculum Germanicũ, ità Gallicum, Italicum, Hebraicum, Grecum, Latiuum familiariter ſibi reddiderit idiomata, ut in his potiùs natus, quàm hoſpes videretur. Plerarumque artium, & ſcientiarum ſanè Apotheca fuit. Ille enim Hiſtoricus, Poëta, Orator, Medicus, Juriſcõſultus, Theotogus. Melch. Adam. *in Vita ejus.*

C. A. Chriſt. 1535.

Franciſcus Rex Galliæ memoriæ præſtantia nulli præcedentiũ cedit. Quid & quantum peculiaris commeatus unaquæque provincia ſuppeditare poſſet; quænam itinera, quæ flumina ad cõvectiones opportuniora, & viciniora forent; è quibus hibernis equitum alæ celerrimè convenierent, tam exactè notabat, ut rationes itinerum, compendia navigationum, Civitatum vel remotiſſimarum copias, præcipua re-

rerum omnium ſubſidia è memoriæ theſauro depromeret. Paul. Jovius *lib.* 37. *hiſtor.*

C. A. Chriſt. 1545.

Hieronymus Cardanus Italus, Mediolani natus, qui in Naturæ Scientia, ac Medicina, aliiſque, tot nova adfert, ut ſummus Vir Andreas Alciatus eum vocare ſoleat *Virum Inventionum.* Quin etiã ingenium profundiſſimum, feliciſſimumque, & incomparabile, ei tribuit Cæſar Scaliger: quę magna, ut inquit Voſſius, eſt laus ab Adverſario tam gravi, & acerbo; de ſe teſtatur (ut inquit Alſtedius) *Se non plus Memoriæ, quã Corvorum pullos habiturum fuisse, niſi Arte eam ſibi comparaſſet.* Hâc enim imbutus diſciplinâ, (de qua librum conſcripſit) atq; incomparabili præditus ingenio ſummam in literarum, atque optimaruum Artium ſtudiis præſtãtiam eſt adeptus; verba ſunt Gabr. Naud. in ejus Vita. *Quem cum ſinguli, ſua quique in arte propria*

præ-

præſtantiſsimum fuiſse non dubitent, ego certè primum eum & unicum fuiſſe exiſtimo, qui ſimul in omnibus tam egregiè verſatus ſit, ut videatur exemplum in eo oſtẽdere voluiſſe, majoris amplitudinis & immenſitatis doctrinæ, quam hominibus usque concedere potuerit. Nam ſi in reliquorum omniũ dotes inquiramus, videbimus, multos humanioribus ſtudiis Theologica tantùm ſuper induxiſſe, nonnullos Mathematica etiam; quoſdam Medicinæ, & Philoſophiæ cognitionem; alios Linguarum Orientaliũ, vel Juris utriuſque notitiam; & rurſum aliquos, ut Picum, & Fracaſtorium, mirabilem ingenii ſui præſtantiam explicaſſe: ſed qui plures ſcientias in numerato habuerit, qui altius in illas deſcenderit, qui cõmentariis amplioribus illuſtrarit, alium profectò ab Hieronymo Cardano *inveniemus neminem. Ut miraculo proximum ſit, hominẽ hũc, plus fermè in omnibus Sciẽtiis vidiſſe, quàm ſinguli in propria ſua requirerent, aut inveniri poſſe ſpe-*

rarent. Joan. Henr. Alſtedius *in Syſtem. Mnemonic. ſive de Modo diſcendi. lib.* 1. *cap.* 22. *de Oeconomia Artis Memoriæ. fol.* 196.

C. A. Chriſt. 1545.

Hadrianus Junius, Hornæ apud Batavos natus, inſignitèr felici viguit memoriâ. Fuit enim Medicus, Criticus, Poëta, Hiſtoricus, exactiſſimâ antiquitatis cognitione clarus; linguarum plurium peritus; nam præter vernaculam ſeptem tenuit; Græcam, Latinâ, Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, Germanicam, Anglicam; Eruditionem ejus teſtatur cõplura multiplici doctrina ab ipſo elucubrata monumenta. Meurs: *Athen Batau.*

C. A. Chriſt. 1550.

P. Godefridus Lummius Soc. Jeſ. præter animi fervorem, & ſermonis vim adeò incredibili valuit memoriâ, ut cētum ſcripturæ locos unâ concione depromeret, quaſi de libro recitaſſet: & fuit

fuit preter ſacras paginas, ſanctis quoque Patribus ità verſatus, ut quamvis ex iis auditam ſententiam in ſuum librum, & caput promptiſſimè referret; Toto pene Belgio auditus eſt tãto mortalium concurſu, ut altaria, ſcalæ, columnæ, cum locus non ſuppeteret, in templis alioquin latiſſimis, cõſcenderentur. *Imago Primi Seculi Flandabelgic.*

C. A. Chriſt. 1550.

Paulus IV. Pontifex Summus, tenaci, ac expedito ampliſſimæ memoriæ captu pænè omnes ſuo ævo ſuperavit. Scholæ Salernitanæ librum memoriter calluit. Sacra Biblia ad verbum edidicit. Octogenarius jam integras è Tullio, Virgilio, aliiſque auctoribus paginas inoffensè recitabat. Erat enim viva Bibliotheca, & eorũ quæ ſcire velles Oraculum Drexell. *in Aurifod. lib.* 1. *cap.* 2.

C. A. Chriſt. 1550.

Gulielmus Poſtellus, Barento-

nius Normannus, Abyſſus ſcientiarum dictus, memoriâ eximiâ, quâ pollebat, tam mirificum in omnibus diſciplinis fecit progreſſum, ut harum nullam ignoraverit. Doctiſſimis admirationi erat, & de ipſo dici ſolebat tot oracula quot verba ex ipſius ore prodire: Præter Linguas Latinam, Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, Syriacam, adeò callens erat earum, quarum hodiè uſus eſt, ut totum Terrarum orbem abſq; Interprete ſe peragrare poſſe jactaret. Voſſ. *de Methamat. pag.* 257. Anton. Teiſſier. *Elog. Viror. Eruditor. Gallicæ.*

C. A. Chriſt. 1554.

P. Jacobus Laynez Soc. Jeſ. natione Hiſpanus, patriâ ex Oppido Caſtellæ Almazan hâc Arte adjutus, teſte P. Sebaſtiano Izquerdo, Memoriæ fuit admirandæ. Sic de eo P. Joannes Rhò. *Utiliſſimæ tenacitatis memoriam in Laynio admiratos eſſe ampliſſimos Cõcilii Tridentini Patres florem illum*

lum Christiani nominis accepimus. Etenim dicturus de gravissima controversia, quamvis trigesimum tunc annum ageret, quorum bonam partem peregrinationes cæteraque ex Ignatii instituto in animarum procuratione officia illi abstulerunt, præfatus tamen est vir minimè glorioſus, nullum se testē appellatum ex Patribus, quem à capite ad calcem evolutum, atq; in breviarium redactum non haberet; tunc nunquam hærens aut insistens, quasi ex tabella recitaret tres omninò supra triginta, eosque inter Augustinum, & Tostadum, quorum libri vitam eximūt legentibus, continenti quinque horarum oratione laudavit. Quid igitur miramur hominis audiēdi caus. sa quum tenuis à valetudine vox curiæ, in qua Senatus habebatur amplissimæ non sufficeret, comportatis subselliis Patris coronam dē. sassei quæ sine prodigio non fiunt, consuetam excedunt admirationē. Joan. Rhò *var. virtut. hist. lib. 5. cap. 2. fol. 555.* Izquerd. *in Phar. scientiar.*

C. A. Christ. 1555.

Andreas Masius, Barbantus Jurisconsultus ea fuit memoria, ut portentum censeretur. Quamvis quadragesimum primum non vidisset annum, à plerisque eruditorum Italicorum, Germanicorum, Hispanicorum, Belgarum aliarum variarum Gentium consulebatur tanquam Oraculũ quoddam. In Sacra Sciiptura ità versatissimus erat, ut à Philippo Secundo Antuerpiam vocatus, Bibliorũ editioni verè Regiæ adornandæ, unà cum Benedicto Ario Montano, Guidone Fabricio, aliisquæ præpositus fuit. Deniq; præter Italicam, Gallicam, Hispanicam, cæteraſque Europæ Linguas, etiam Latinæ, Græcæ, Hebraicę, atque Syriacę Callentissimus erat, Anton. Teissier. *Elog. Vivor. Eruditor.* Aubert Miræus.

C. A. Christ. 1560.

Theodorus Beza, Vezeliis vetusto Heduorum oppidò natus, Vir pro-

propter multiplicem doctrinam, & ſingularum Linguarum peritiã celeberrimus, tenaciſſimâ fuit memoriâ. Totos Pſalmos Hebraicè, & quodcumque caput ex Beati Pauli epiſtolis propoſuiſſes integrum Græcè recitabat. Thuan. *ad ann.* 1695.

C. A. Chriſt. 1560.

Franciſcus Cardulus Narnienſis, Vir omni doctrinarum genere, atque omni eruditione mirabiliter excultus, memoriter recitare poterat duas integras paginas, quas legentem tertium audiviſſet, eo quo lectæ eſſent ordine, aut etiã ſi malles retrogrado. Leander Albertus *in deſcript. Umbriæ.*

C. A. Chriſt. 1560.

Joannes Avila Hiſpanus, in Oppido Almodanar del Campo natus Homo omnigenâ literaturâ imbutus, facundia ſingulari, egregiaque memoria fuit. Sacra Biblia ad unguem complexus, de verbo ad verbum recenſere conſuevit. Nul-

la ex divinis oraculis ſententia proferebatur, cujus illicò auctorem, ac ſedem, libri caput non adnotaret, & conſequentia redderet; hinc illi tanta erat ad concionem dicendi facultas; Pater Petrus Izquerd. *in ſuo Phar. omniũ ſcientiar: diſputat. 32. quæſt. 2. n. 39. fol. mihi 369. t. 2.* Auctor *ejus Vitæ* P. Joan. Rhò *Var. Virt. Hiſtor. lib. 5. cap. 2. fol. 553.*

C. A. Chriſt. 1560.

Marcus Antonius quidam à Memoria propter admirabilem, qua pollebat, dictus, hujus Artis beneficio locorum memoriter tenuit quindecim millia, in quibus totam ſuam ſcientiam repoſuerat. Lancellott. in ſuo Hoggidì *part. 3. diſting. 19. fol. mihi* 302.

C. A. Chriſt. 1560.

Cornelius Muſſus, Epiſcopus Bitontinus, Vir fuit præter incomparabilem penè ingenii felicitatem, Artificioſâ Memoria (teſte Lancellotto) celeberrimus. *Nõ arbitror* (verba ſunt Joannis Rhò)

ta-

tamen hominis ullius populari admirationi memoriam magis fuiſſe, quam Cornelii Muſſi, qui ſi quando Bitonti conveni:ntibus ad audiendum vicinarum Provinciarū regulis infulatus, quaternas ipſas horas beatiſſimâ quadam facundiâ, numquam memoriæ egens diceret ad concionem. Fluminis enim inſtar, cui per æqua camporum labenti, nulli ſcopuli agmen aquarū reverberent, liquidiſſimè ferebatur. Nam quos fallax memoria deſtituit, atque importunos ad clamores, vociferationemque compellit, eos ego torrentibus per confragoſa præcipitatis ſimillimos judico, qui crebro in obſtantes ſcopulos undarum alliſu, ac repercuſſu; non ſine horribili fremitu atque concertatione voluuntur. P. Joan. Rhò. *Var. Virt. Hiſtor. lib. 5. cap. 2. fol.* 555. Lancellot. *in ſuo Hoggid. par. 2. diſtinct. 19. fol.* 302. Nigron. *ex. 26. n.* 21.

C. A. Chriſt. 1560.

Proſper Padianus Perufinus ea

fuit memoriâ, ut principia (quatuor ſcilicet aut quinque verſiculos) omnium voluminum, quæ in Bibliotheca tenebat (erant ſupra triginta millia) memoritèr recẽſeret. Lancellott. *ubi ſupra & al. ſing. 5. fol. 78.*

C. A. Chriſt. 1560.

Stanislaus Hoſius Polonus ex Varmiẽſi Epiſcopo Presbyter Cardinalis, Vir vitæ Sanctitatis, eruditionis, atque eloquentiæ celeberrimus, hanc quoque præſtantiam eſt adeptus. Cum de rebus graviſſimis, ac diverſiſſimis tribus amanuenſibus dictaret epiſtolas, inſupèrque etiam anagnoſtem, & quidem perattentè audiret; ſi quis tamen interveniſſet, ac diù ſermonem produxiſſet, eo abeunte nihil ipſum herentem, nec dicta. ta quidem relegentem, incredibili felicitate cõtinuaſſe, fertur. Auctor *ejus Vitæ*. Joan Rhò *var. Virt. Hiſtor. lib. 5. cap. 2.*

C.

C. A. Christ. 1565.

Maximilianus I. Imperator Augustus tam tenacis memoriæ fuit, ut omnium eorum, etiam infimorum, quibuscum vel semel locutus esset, longo post tempore recordaretur, & hominem nosset. Cusp. Drexell. in Aurifod. *part.* 1. *cap.* 2.

C. A. Christ. 1565.

Gulielmus Xilander, Augustanus memoriæ præstantiâ ad summam omnium disciplinarum cognitionem pervenit. Ille enim Linguarum Latinæ, Hebraicæ, Græcæ, Chaldaicæ callentissimus erat. In Astronomicis, Geometricis, Physicis, Arithmeticis, Musicis, Cæterisque Philosophicis disciplinis paucos habuit æquales, vix ullum Superiorem. Melch. Adam. *in Vita ejus* Joan. Leunclau. *præfat. in Dion. Cass.*

C. A. Christ. 1770.

Mirabilia hujus Artis specimi-

na à Corſico quodam Juvene, & à Franciſco Molino, Patritio Veneto, data Mori vetat M. Antonius Muretus. Perierant niſi illé ſcriptis ea ſuis cõmendaſſet. Hic enim poſt ea Senecæ verba quæ ſupra retulimus, ſic inter alia ſcribit: *Hæc Seneca, quę mihi ſemper mirabilia, ac prope dixerim incredibilia viſa erant, donec vidi ipſe, quod nunquam credidiſſem. Habitabat Patavii in vicinia mea, homo adoleſcens genere Corſicus; honeſto ut ferebatur, & credibile erat, apud ſuos loco natus: qui eò venerat ad jus civile diſcendum, quo in ſtudio, ità diligentèr & attentè, annos aliquot conſumſerat, ut magna jam eſſet, de doctrina illius hominum opinio: vẽtitabat autem ferè quotidiè in ædes meas, devexo jam & inclinato Sole, æſtas enim erat; ibique quod ędes ſatis amplæ erant satisque apricè, aut ſub dio ambulans, & cum æqualibus ſuis jucundiſſimè colloquens; aut ſaltu, aut luctâ, aut trigonali pilâ corpus exercens, ſeſ-*

ſas

ſas ſtudiorum laboribus vires, honeſtiſſimè reficiebat. Rumor erat, tenere eum artem quandam memoriæ; cujus auxilio multa efficeret, quæ credi, niſi ſpectata nō poſſent, is cum ad aures meas perlatus eſſet, cupido me inceſſit, mirabilia illa & inaudita spectādi, (ejuſmodi enim in rebus, minimè omnium auditis, eredulus eſſe ſoleo) viſum eſt igitur, quando ipse domo mea arbitratu ſuo uteretur; hoc ab eo quaſi exigere, ut Pretium domus, quod ſibi commodum foret, præſente me, artis ſuæ ſpecimē aliquod daret: ille nihil gravatus, lubentiſsimo animo ſe, cum vellem, facturum eſſe reſpondit; ſtatim cū per ipſum mora non eſſet, in proximum cubiculum ingreſsi, conſedimus; cæpi ego dictare, nomina Latina, Græca, Barbara; ſignificantia, nihil ſignificantia; tam vária, tam nihil inter ſe cohærentia, tam multa, ut & ego dictando, & puer, cui mandatum erat. ut ea exciperet, ſcribendo; & cæteri qui aderant. audiendo atque

ex-

expectando, fessi jam miris modis essemus omnes; ipse unus ex omni numero alacer, ac recens assidue plura poscebat. Sed cum ipse modum aliquem fieri oportere dixissem, abundè mihi satisfactum iri, si vel dimidiam partem eorū, quæ dicta erant, recitare potuisset; tum ille fixo ad terram obtutu, magna nostra omnium expectatione, tacitus aliquandiù stetit. Quid verbis opus est? vidi facinus, ut ille ait, mirificissimum, sapiens ille exorsus loqui, planè omnia, eodem ordine, nusquam propè insistēs, nusquam hæsitans, nobis stupentibus reddidit; deinde ab ultimo incipiens, sursum versus pervenit ad primum; rursus ità & primū, tertium, quintum, ac sic deinceps omnia diceret: quo denique quisque voluerat ordine sine ullo errore omnia referebat. Idem postea, cùm ei familiarior factus essem, ipse expertus, usque quaque verum deprehendendi. Ipse mihi aliquando affirmavit (& erat ab omni jactantia alienissimus) se triginta sex mil-

lia

lia nominum, eodem modo recitare posse: quodque admirabilius est, ità hærebant omnia in animo, ut vel post annum diceret. Se quæcūq; memoriæ commendasset, minimo negotio repetiturum. Ego certè, post multos dies, facto periculo verum comperi. neque hoc satis. Diversabatur apud me Franciscus Molinus, Patritius Venetus, adolescēs optimarum artium studiis mirificè deditus, qui cum se memoriæ parum firma esse sentiret, oravit hominem, uti se artem illam doceret; vix ostenderat se id velle, cum Corsicus operam ei suam prolixissimè detulit; dictus est locus, picta hora ad quam quotidie convenirent. non dum sex aut septem dies abierant, cum ille quoque alter, nomina amplius quingenta, sine ulla difficultate, aut eodem, aut quocumque alio libuisset ordine repetebat. Hæc ego vix auderem literis prodere, mendacij suspicionem reverens, nisi res adhuc esset recens, & Nicolaum Lippomanum, Petri Alexandri filium;

La-

Lazarum Mocenicum, Franciſci filium; Georgiũ Contarenum, Laurentii filium; Patricios Venetos, optimos, & nobiliſſimos adoleſcentes; alioſquæ præterea innumerabiles, cujus rei teſtes haberem: à quibus ſi mentirer, vanitatem meã coargui nollem. Artem verò illam Corſicus accepiſſe ſe dicebat, ab homine Gallo, quo, puer domeſtico præceptore uſus eſſet, &c. hæc Muretus *variar. lection. lib. 3. ad Hippolytum Eſtenſem S.R.E.Cardinalem Illuſtriſſimum cap. 1. tit. de admirab. quorund. memor.* P. Franc. de Mendoça Soc. Jeſ. *in Viridar. Sacr. ac Prophan. erudit. lib. 7. cap. 20.*

O. A. Chriſt. 1575.

Ipſe quoque M. Antonius Muretus, Natione Gallus, qui Orationis facundiâ quaſi alter Tullius concordibus Italiç vocibus acclamatus fuit; qui in verſibus tam fuit Catullo ſimilis, quàm ipſe Catullus ſibi; qui in Linguis non ſolùm Grecis, & Latinis, ſed in multis aliis, quæ hodiè in uſu

ſunt,

ſunt, tantùm excelluit; qui Philoſophus, & Juriſconſultus haud fuit gregarius; qui denique omnigenâ eruditione tam prophanâ, quàm Divinâ ad miraculum uſque imbutus; quod hac Arte in ſuis ſtudiis, libriſque contexendis fuiſſet adjutus, inficiari nemo poterit; Nam in exemplo paulò ante relato fatetur Artis memoriæ excellentiam illum ipſum eſſe expertum, cùm eſſet Corſico familior factus.

C. A. Chriſt. 1580.

P. Petrus Caniſius, Soc. Jeſu, natione Belga, patria Noviomagenſis hâc Arte fretus, Vir evaſit cùm eloquentiâ, tum multarum rerũ peritiâ præſtantiſſimus; Philoſophus clarus, Orator facũdus, Theologus eximius, Sacrarum legum exercitatiſſimus, ac Concionator adeo excellens, ut omnes ubiq; auditores in ſui admirationẽ raperet. Schenchel. *Gapphylac. Art. Memor. lib.* 1. *cap.* 2. Joan. Guliel. Eyſengrein. *in Catal. teſt. verit. A. C.* 1665.

C.

C. A. Christ. 1550.

Joannes Franciſci, Epiſcopus Vercellenſis, ob ſingularem, qua polluit, doctrinam, Nuncius in Belgium à Summo Pontifice miſſus, hujus Artis ſpecimina, cum ſumma auditorum admiratione, sæpè dedit eximia; Multa nominum millia ſemel audita, vel lecta quolibet ordine recenſebat. Sacras paginas ad verbum ità ediderat, ut de quocumque verſiculo, capite, vel libro quæreres, ſtatim verba referret. Boncher *in Art. Memorat. lib. 1. cap. 2.*

Eodem ferè tempore hac Arte excelluerunt Thomas Watſonus Epiſcopus Lincolnienſis, & Joannes Longus S.T.DD. Viri ſanè non vulgari eruditione præditi; Cuthebertus Tonſtallus, Epiſcopus Dunelmenſis I. V. D. Legatus ſæpè ad Carolum Quintum Imperatorem, & Hiſpaniarū Regem; Joannes Chetonus Anglus S. T. D. Romæ mortuus; Georgius

Bol-

Bollocus S. T. D. Auctor concordantiarum Biblicarum majorum, Auguſtinus Hunnæus Hechlinienſis, & Henricus Gravius Lovanienſis, S.T.DD. ac in Academia Lovanienſi Profeſſores Regii; quos, cum data ab eis hujus Artis ſpecimina me prætereant, coacervatim hìc ſubnectere libuit. Varior. *de Arte Memor. lib.* 1. *cap.* 2. *fol.* 36.

C. A. Chriſt. 1580.

P. Angelus Pacius, Perpinianẽſis, Ordinis Minorum, Theologus fœcũdiſſimæ, & ſolidiſſimę doctrinæ; & Vir In Conciliis, Sanctis Patribus, Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Theologia Scholaſtica egregiè verſatus, tantâ valuit memoria, ut tribus ſcribis eodem tempore diverſas diſtaret materias, adeòq; feliciter, ut diverſiſſima cum hoſpitibus interſerens colloquia, iis abeuntibus, nihil moratus, ſcriptionem continuaret. Joan. Rhò. *var. virt. Hiſtor. lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 555.

C.

C. A. Christ. 1580.

Paulus Boi, Syracusius, Vir non vulgari eruditione præditus, latronculorum lusu, in quo ob ingenii acumen nemini suo ævo fuit secundus, hujus Artis ministerio eum tribus lusoribus in distinctis calculis memoritèr ludebat. Testis oculatus fuit P. Philippus Gesualdus: ut ait *in sua Pluzosophia lect.* 19. *fol.* 60. *retr.* qui Syracusas venit, ut vires Artis in illum experiri potuisset Carrer. *in tract. lud. Schacc.*

C. A. Christ. 1580.

Ille eruditionis abissus Josephus Justus Scaliger Gallus, hâc Arte (teste Schenchelio) Memoriâ fuit prorsus admirandâ cui parē multa retro secula non tulerint. Sic de eo Causabon. ad Thuan. *sect.* 3. Val. Quintil. 1610. *Nihil est quod discere quisquam vellet, quod ille docere non posset: Nihil legerat (quid autem ille non legerat.) quod non statim meminisset: Nihil*

bil tam obſcurum aut abditum in ullo vetere Scriptore Græco, Latino, vel Hebræo, de quo interrogatus non ſtatim reſponderet. Hiſtorias omnium populorum, omniũ ætatum, ſucceſſiones Imperiorum, res Eccleſiæ veteris in numerato habebat. Animalium, Plantarum, Metallorum, omniũque rerum naturalium proprietates, differentias, & appellationes, quâ veteres, quâ recentes, tenebat accuratè. Locorum ſitus, Provinciarum fines, & varias pro temporibus illarum diviſiones, ad unguem callebat. Linguas tam multis, tam exactè ſciebat, ut vel ſi hoc unum per totũ vitæ ſpatium egiſſet, digna res miraculo potuerit videri. Omitto Mathematica ipſius ſtudia, & nobiliſſimam temporum diſciplinam; qua in parte, ut non aſſecutus ſit ſemper, quod quærebat, ea certè præſtitit, quæ juſtam admirationem doctis extimatoribus nõ poſſint non exprimere. Sed parum Caſaubonus. Idem vigeſimo & altero die cuncta Hometi opera (Sunt ſupra

ſe-

ſexaginta tria millia Græcorum verſuum) memoriæ tradidit. Fidē ſuperat quod addo. Infra quatuor menſes Poëtas Græcos omnes memoriter edidicit. Obſtupeſcas haud immeritò ſi legiſſe, ne dum edidiciſſe dicam. Incipe poëtarum Græcorum, vel Principes tantum & notiores numerare: Æſchilum, Anacreontem, Alcæum, Ariſtophanem, Callimachum, Euripidē, Heſiodum, Lycophronem, Muſæum, Oppianum, Orphæum, Procylidem, Pindarum, Sophoclem, Steſicorum, Theocritum, &c. paucos nominavi, quorum omnium carmina extant, pleraque omnia ab Aldo Manutio, Joanne Forbē. nio, Henrico Stephano edita. Res ſanè mira nec incredibilis ſi te ad exemplum Mureti reflectas. Schencheli. *in Gazophil. Art. Memor. fol. mihi* 235. Drexell. *in Aurifod. part.* 3. *cap.* 10.

C. A. Chriſt. 1581.

Jacobus Chriton. Adoleſcēs Scotus, beneficio Artis Memoriæ, quā per-

pèrfecte calluit, tam mirificum in omnibus ſcientiis fecit progreſſū, ut harum nullam ignoraverit. In eo illud admirandum fuit, ut uno tempore ſcriberet, dictaret, audiret, & cum amicis fabularetur. Libros etiam ſtatim lectos & ignotos quidem memoriter reddere conſuevit. Varior. *de Arte Memor. lib.* 1. *cap.* 2. *fol.* 37. Majol. *Memorabilia Art. homin. conſect. colloqu.* 22. *Dier. Canic. tom.* 1. Gaſp. Schott. *Phyſ. curioſ. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 35.

C. A. Chriſt. 1585.

Franciſcus Panicarola, Ordinis Minorum; Mediolanenſis natione, Epiſcopus Aſtenſis, quanta beneficio hujus Artis (de qua librum in lucem edidit) præſtiterit, teſtis eſt Antuerpia, aliæque Belgii Civitates, & etiam num Italia. Fuit enim conſummatiſſimæ doctrinæ; numquam quod ſemel legerat obliviſcebatur. In concionibus eloquentiſſimus: tanta vi dicendi, & facundiâ pollebat, ut quo vellet animos auditorum perſua-

ſos

sos flecteret. Romæ quinque recitavit Quadrageſimalia; & quoties ad populum verba habebat, tantus ad illum audiendum confluxus erat, ut ampliſſima templa multitudinem capere non poſſent Sed ut magis magiſque Artis Memoriæ vis, atque incomparabilis tanti hominis doctrina ſub omniũ aſpectum ſubiiciatur, verba P. Joannis Rhò híc tranſcribere nõ gravabor. *Quàm facilè hujus memoria* (inquit) *comprehenderet, non legimus; Sed ne quid patriâ in laude deſideretur, efficiet volucris, & admiranda Franciſci Panicarolæ ſua ætate Concionatoris clariſſimi vis. Puer ſub Grammatico agebat, quum memoriam, quæ illi optima obtigerat, Arte nihilominus cœpit excolere, paulatimque ad ſummam laudem provectus eſt. Ea fama Pariſios quò ſtudiorm cauſa conceſſerat, adoleſcentem ſecuta, ſe ipſam tantùm non perdidit. Nam publico in auditorio propoſitas ut moris eſt, Theologicas theſes propugnantem, homo invidus, nè urbanitatis ſa-*

tis

tis intelligens, non tribus, quatuor-ve, ut fieri assuevit, sed centenis aggressus est argumentationibus. Eas ubi continenti depromsit oratione, tum verò Panicarolam rogavit, ut eâdem serie, quâ proposita fuerant, objecta dilueret, nullus dubitans, Italum à se adolescentem memoriæ fama celebratum à suis, frequentissimorum auditorum risui, ac sibilis, ea veluti multitudine obrutum, expositum iri. Sed astum ipso disputationis exordio prævideverat, & caverat Panicarola, qui excitato, erectoque animo singulas argumentationes ità aptè suis locis dispositas comprehenderat, ut, & quod adversarius volebat, eodem ordine repeteret, & quod ille non expectabat, perturbato, sed certis dimensisque numeris, singulas dissolveret; rogaretque vicissim, ut quas minùs probaret solutiones, eas ordine illo percursas rursum oppugnaret; equa se postulare, qui simillimæ ab eo latæ legi paruisset. Attonitus improvisâ memoriæ magnitudine concertator, qui se longè imparem senti-

 ret,

ret., maluit tacitâ victorię confeſſione pugnam relinquere, quàm reſumptis argumentationibus ſuccũbens omnium ſibilis vapulare. Ita ſæpiùs fit, ut qui temere præſidentes pugnam ineunt, adverſariis timidiſsimè cedant. hæc Joan. Rhò. *Var. virt. hiſtor. lib. 5. cap. 2. fol. 552.* Lancellot. *in ſuo Hoggid. part. 2. diſſing. 19. fol. mihi 145. & diſſing. 19. fol. 301.* Schenck. *in Gazophylac. Art. Memor.*

C. A. Chriſt. 1585.

Janus Douſa Pater, Nordovicus, Unus ille Bataviæ Varro, & Academiæ commune Oraculum, incredibili penè memoria fuit. Græcarum ac Latinarum literarum; Hiſtoriæ veteris ac novæ nihil erat, quod ipſum fugeret; nihil de quo rogatus non extempore reſponderet. Melch. Adam. *in Vita ejus.* Thuan. *ad ann.* 1604.

C. A. Chriſt. 1600.

Joannes Baptiſta à Porta, Neapolitanus, Vir multijugâ rerum plu-

plurimarum cognitione, & eximiâ doctrinâ præcellens, hâc fretus Arte, (quam ſuum unicum theſaurũ in præfatione libri de Arte remi. niſcendi appellitat) Linguas calluit decem, Hebraicam, Chaldaicam, Græcam, Latinam, Germanicam, Gallicam, Hiſpanicam, Anglicam, Flandicram, Italicam. Conciones ſemel auditas ſtatim iiſdem verbis reddere conſuevit. Author *ejus vi, ig.*

C. A. Chriſt. 1600.

Dominicus Baudius, Inſulenſis Flander, Juriſconſultus, Hiſtoricus, & Poëta doctiſſimus, memoriâ viguit eximiâ, qua adjutus homo evaſit ſummus, quibuſve ſui ævi ſi non ſuperior, certè æqualis, ſive veram eruditionem; ſive rerum uſum, ſive Juriſcientiam ſpectes; Integras paginas, quas ſemel audierat, ad verbum repetere ſolemne habuit. Valer. Andr. *in Biblioth. Belgica.*

C. A. Christ. 1600.

Martinus Antonius Delrius, Antuerpensis, Societatis Jesu, tantâ memoriâ valuit, ut Latinam, Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, Flãdricam, Hispanicam, Italicã, Gallicam, Garmanicam linguas perfectissimè, & loqueretur, & scriberet. Vir maximis sui ævi Heroibus adnumerandus. Poëtas, Oratores, Jurisconsultos, Historicos omnes cùm Sacros, tum prophanos, Philosophos, Theologos sic exhauserat, nihil ut ignorare, & quod disceret deesse videretur. Drexelk. *in Aurifod. part. 1. cap. 5.* Anton. Sander. *de Brugens. Erudit. clarifs. fœm.*

C. A. Christ. 1600.

Laurentius Grana Episcopus Civitatis Signiæ, omnium virtutum genere clarus, Orator sui temporis facilè primus, adeò tenaci fuit memoria præditus, ut quidquid legisset, id ex memoria depromptum iisdem verbis referret. Athas. Kircher.

cher. *in veter. & nov. Cat. cap.* 3.

C. A. Chiſt. 1600.

P. Matthæus Riccius, Soc. Jeſ. natione Italus, patriâ Maceratenſis, nobili domo natus, Theologus, Philoſophus, & Mathematicus excellentiſſimus, omniumque diſciplinarum genere ornatiſſimus, abſque Artis Memoriæ præſtãtia aut nunquam, aut ſerò ad Sinarũ animos Evangelio prępparãdos perveniſſet. Hæc de eo P. Joan Rhò, *Var. virt. Hiſtor. lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 556. *Adminiſtrã prudentię memoriã multo ſublimiori opere nobilitaſſe videri Riccius poteſt, quum illius opibus ad Sinarum animos Evangelio prępparandos uſus eſt. Concilianda erat aliquantula ſapientię fama, ne ſe tantummodo homines eſſe Sinę ſibi perſuaderent. Igitur de rerum natura, deqxe cæleſtium Sphærarum ac luminum ortu, occaſu, totaque Republica diſſerentem patria ipſorum lingua quum audirent, ſtupebant ut miraculum ingenii; ſed ſupra vim omnem humanitatis vi-*

C. A. Christ. 1580.

Paulus Boi, Syracusius, Vir non vulgari eruditione præditus, latronculorum lusu, in quo ob ingenii acumen nemini suo ævo fuit secundus, hujus Artis ministerio cum tribus lusoribus in distinctis calculis memoritèr ludebat. Testis oculatus fuit P. Philippus Gesualdus: ut ait *in sua Plusosophia lect.* 19. *fol.* 60. *retr.* qui Syracusas venit, ut vires Artis in illum experiri potuisset Carter. *in tract. lud. Schacc.*

C. A. Christ. 1580.

Ille eruditionis abissus Josephus Justus Scaliger Gallus, hâc Arte (teste Schenchelio) Memoriâ fuit prorsus admirandâ cui parē multa retro secula non tulerint. Sic de eo Causabon. ad Thuan. *sect.* 3. Val. Quintil. 1610. *Nihil est quod discere quisquam vellet, quod ille docere non posset: Nihil legerat (quid autem ille non legerat.) quod non statim meminisset: Nihil*

bil tam obſcurum aut abditum in ullo vetere Scriptore Græco, Latino, vel Hebræo, de quo interrogatus non ſtatim reſponderet. Hiſtorias omnium populorum, omniũ ætatum, ſucceſſiones Imperiorum, res Eccleſiæ veteris in numerato habebat. Animalium, Plantarum, Metallorum, omniũque rerum naturalium proprietates, differentias, & appellationes, quâ veteres, quâ recentes, tenebat accuratè. Locorum ſitus, Provinciarum fines, & varias pro temporibus illarum diviſiones, ad unguem callebat. Linguas tam multis, tam exactè ſciebat, ut vel ſi hoc unum per totũ vitæ ſpatium egiſſet, digna res miraculo potuerit videri. Omitto Mathematica ipſius ſtudia, & nobiliſſimam temporum diſciplinam; qua in parte, ut non aſſecutus ſit ſemper, quod quærebat, ea certè præſtitit, quæ juſtam admirationem doctis extimatoribus nõ poſſint non exprimere. Sed parum Caſaubonus. Idem vigeſimo & altero die cuncta Hometi opera (Sunt ſupra

ſe-

ſexaginta tria millia Græcorum verſuum) memoriæ tradidit. Fidē ſuperat quod addo. Infra quatuor menſes Poëtas Græcos omnes memoriter edidicit. Obſtupeſcas haud immeritò ſi legiſſe, ne dum edidiciſſe dicam. Incipe poëtarum Græcorum, vel Principes tantum & notiores numerare: Æſchilum, Anacreontem, Alcæum, Ariſtophanem, Callimachum, Euripidē, Heſiodum, Lycophronem, Muſæum, Oppianum, Orphæum, Procylidem, Pindarum, Sophoclem, Steſicorum, Theocritum, &c. paucos nominavi, quorum omnium carmina extant, pleraque omnia ab Aldo Manutio, Joanne Forbē. nio, Henrico Stephano edita. Res ſanè mira nec incredibilis ſi te ad exemplum Mureti reflectas. Schencheli. *in Gazophil. Art. Memor. fol. mihi* 235. Drexell. *in Aurifod. part.* 3. *cap.* 10.

C. A. Chriſt. 1581.

Jacobus Chriton. Adoleſcēs Scotus, beneficio Artis Memoriæ, quā per-

pèrfecte calluit, tam mirificum in omnibus ſcientiis fecit progreſſū, ut harum nullam ignoraverit. In eo illud admirandum fuit, ut uno tempore ſcriberet, dictaret, audiret, & cum amicis fabularetur. Libros etiam ſtatim lectos & ignotos quidem memoriter reddere conſuevit. Varior. *de Arte Memor. lib.* 1. *cap.* 2. *fol.* 37. Majol. *Memorabilia Art. homin. conſect. colloqu.* 22. *Dier. Canic. tom.* 1. Gaſp. Schott. *Phyſ. curioſ. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 35.

C. A. Chriſt. 1585.

Franciſcus Panicarola, Ordinis Minorum; Mediolanenſis natione, Epiſcopus Aſtenſis, quanta beneficio hujus Artis (de qua librum in lucem edidit) præſtiterit, teſtis eſt Antuerpia, aliæque Belgii Civitates, & etiam num Italia. Fuit enim conſummatiſſimæ doctrinæ; numquam quod ſemel legerat obliviſcebatur. In concionibus eloquentiſſimus: tanta vi dicendi, & facundiâ pollebat, ut quo vellet animos auditorum perſua-

ſos

ſos flecteret. Romæ quinque recitavit Quadrageſimalia; & quoties ad populum verba habebat, tantus ad illum audiendum confluxus erat, ut ampliſſima templa multitudinem capere non poſſent Sed ut magis magiſque Artis Memoriæ vis, atque incomparabilis tanti hominis doctrina ſub omniũ aſpectum ſubiiciatur, verba P. Joannis Rhò híc tranſcribere nõ gravabor. *Quàm facilè hujus memoria* (inquit) *comprehenderet, non legimus; Sed ne quid patriâ in laude deſideretur, efficiet volucris, & admiranda Franciſci Panicarolæ ſua ætate Concionatoris clariſſimi vis. Puer ſub Grammatico agebat, quum memoriam, quæ illi optima obtigerat, Arte nihilominus cœpit excolere, paulatimque ad ſummam laudem provectus eſt. Ea fama Pariſios quò ſtudiorm cauſa conceſſerat, adoleſcentem ſecuta, ſe ipſam tantùm non perdidit. Nam publico in auditorio propoſitas ut moris eſt, Theologicas theſes propugnantem, homo invidus, nè urbanitatis ſa-*

tis

tis intelligens, non tribus, quatuor-ve, ut fieri assuevit, sed centenis aggressus est argumẽtationibus. Eas ubi continenti deprompsit oratione, tum verò Panicarolam rogavit, ut eãdem serie, quâ proposita fuerant, objecta dilueret, nullus dubitans, Italum à se adolescentem memoriæ fama celebratum à suis, frequentissimorum auditorum risui, ac sibilis, ea veluti multitudine obrutum, expositum iri. Sed astum ipso disputationis exordio prævideras, & caverat Panicarola, qui excitato, erectoque animo singulas argumẽtationes ità aptè suis locis dispositas comprehenderat, ut, & quod adversarius volebat, eodem ordine repeteret, & quod ille non expectabat, perturbato, sed certis dimensisque numeris, singulas dissolveret; rogaretque vicissim, ut quas minùs probaret solutiones, eas ordine illo percursas rursum oppugnaret; æqua se postulare, qui simillimæ ab eo latæ legi paruisset. Attonitus improvisâ memoriæ magnitudine concertator, qui se longè imparem senti-

ret., maluit tacitâ victoriæ confessione pugnam relinquere, quàm resumptis argumentationibus succũbens omnium sibilis vapulare. Ita sæpiùs fit, ut qui temere præfidentes pugnam ineunt, adversariis timidissimè cedant. hæc Joan. Rhò. *Var. virt. histor. lib. 5. cap. 2. fol. 552.* Lancellot. *in suo Hoggid. part. 2. dissing. 19. fol. mihi* 145. *& dissing. 19. fol.* 301. Schenck. *in Gazophylac. Art. Memor.*

C. A. Christ. 1585.

Janus Dousa Pater, Nordovicus, Unus ille Bataviæ Varro, & Academiæ commune Oraculum, incredibili penè memoria fuit. Græcarum ac Latinarum literarum; Historiæ veteris ac novæ nihil erat, quod ipsum fugeret; nihil de quo rogatus non extempore responderet. Melch. Adam. *in Vita ejus.* Thuan. *ad ann.* 1604.

C. A. Christ. 1600.

Joannes Baptista à Porta, Neapolitanus, Vir multijugâ rerum plu-

plurimarum cognitione, & eximiâ doctrinâ præcellens, hâc fretus Arte, (quam suum unicum thesaurũ in præfatione libri de Arte reminiscendi appellitat) Linguas calluit decem, Hebraicam, Chaldaicam, Græcam, Latinam, Germanicam, Gallicam, Hispanicam, Anglicam, Flandicram, Italicam. Conciones semel auditas statim iisdem verbis reddere consuevit. Author *ejus vi, &c.*

C. A. Christ. 1600.

Dominicus Baudius, Insulensis Flander, Jurisconsultus, Historicus, & Poëta doctissimus, memoriâ viguit eximiâ, qua adjutus homo evasit summus, quibusve sui ævi si non superior, certè æqualis, sive veram eruditionem; sive rerum usum, sive Juriscientiam spectes; Integras paginas, quas semel audierat, ad verbum repetere solenne habuit. Valer. Andr. *in Bibloth. Belgica*.

C. A. Christ. 1600.

Martinus Antonius Delrius, Antuerpensis, Societatis Jesu, tantâ memoriâ valuit, ut Latinam, Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, Flãdricam, Hispanicam, Italicã, Gallicam, Garmanicam linguas perfectissimè, & loqueretur, & scriberet. Vir maximis sui ævi Heroibus adnumerandus. Poëtas, Oratores, Jurisconsultos, Historicos omnes cùm Sacros, tum prophanos, Philosophos, Theologos sic exhauserat, nihil ut ignorare, & quod disceret deesse videretur. Drexelk. *in Aurifod. part. 1. cap. 5.* Anton. Sander. *de Brugens. Erudit. clarifs. fem.*

C. A. Christ. 1600.

Laurentius Grana Episcopus Civitatis Signiæ, omnium virtutum genere clarus, Orator sui temporis facilè primus, adeò tenaci fuit memoria præditus, ut quidquid legisset, id ex memoria depromptum iisdem verbis referret. Athas. Kir-

cher.

cher. *in veter. & nov. Cat. cap.* 3.

C. A. Chiſt. 1600.

P. Matthæus Riccius, Soc. Jeſ. natione Italus, patriâ Maceratenſis, nobili domo natus, Theologus, Philoſophus, & Mathematicus excellentiſſimus, omniumque diſciplinarum genere ornatiſſimus, abſque Artis Memoriæ præſidio aut nunquam, aut ſerò ad Sinarũ animos Evangelio prępparãdos perveniſſet. Hæc de eo P. Joan Rhò, *Var. virt. Hiſtor. lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 556. *Adminiſtrã prudentię memoriã multo ſubliniori opere nobilitaſſe videri Riccius poteſt, quum illius opibus ad Sinarum animos Evangelio prępparandos uſus eſt. Conciliandæ erat aliquantula ſapientię fama, ne ſe tantummodo homines eſſe Sinę ſibi perſuaderent. Igitur de rerum natura, deqxe cæleſtium Sphęrarum ac luminum ortu, occaſu, totaque Republica differentem patria ipſorum lingua quum audirent, ſtupebant ut miraculum ingenii; ſed ſupra vim omnem humanitatis vi-*

C. A. Christ. 1600.

Martinus Antonius Delrius, Antuerpensis, Societatis Jesu, tantâ memoriâ valuit, ut Latinam, Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, Flâdricam, Hispanicam, Italicâ, Gallicam, Garmanicam linguas perfectissimè, & loqueretur, & scriberet. Vir maximis sui ævi Heroibus adnumerandus. Poëtas, Oratores, Jurisconsultos, Historicos omnes cùm Sacros, tum prophanos, Philosophos, Theologos sic exhauserat, nihil ut ignorare, & quod disceret deesse videretur. Drexelk. *in Aurifod. part. 1. cap. 5.* Anton. Sander. *de Brugens. Erudit. clarifs. fæm.*

C. A. Christ. 1600.

Laurentius Grana Episcopus Civitatis Signiæ, omnium virtutum genere clarus, Orator sui temporis facilè primus, adeò tenaci fuit memoria præditus, ut quidquid legisset, id ex memoria depromptum iisdem verbis referret. Athas. Kircher.

cher. *in veter. & nov. Cat. cap.* 3.

C. A. Chiſt. 1600.

P. Matthæus Riccius, Soc. Jeſ. natione Italus, patriâ Maceratenſis, nobili domo natus, Theologus, Philoſophus, & Mathematicus excellentiſſimus, omniumque diſciplinarum genere ornatiſſimus, abſque Artis Memoriæ præſtãtia aut nunquam, aut ſerò ad Sinarũ animos Evangelio prępparãdos perveniſſet. Hæc de eo P. Joan Rhò, *Var. virt. Hiſtor. lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 556. *Adminiſtrã prudentię memoriã multo ſublimiori opere nobiliſſe videri Riccius poteſt, quum illius opibus ad Sinarum animos Evangelio prępparandos uſus eſt. Concilianda erat aliquantula ſapientię fama, ne ſe tantummodo homines eſſe Sinę ſibi perſuaderent. Igitur de rerum natura, deqxe cœleſtium Sphęrarum ac luminum ortu, occaſu, totaque Republica diſſerentem patria ipſorum lingua quum audirent, ſtupebant ut miraculum ingenii; ſed ſupra vim omnem humanitatis vi-*

ſa eſt hominis memoria, qui, quot ipſi vellent, nomina ponere juberet, quę ipſe illico vix audita ita repeteret, ut ſive eâdem ſerie diceret, ſive totum inverteret ordinem ſive ſaltuatim aliquot tamdiu caperet hinc inde, donec omnia certis legibus exhauriret, nunquam & nuſquam inſiſtens, aut cunctabundus fideliſsimè redderet. Hęc preſentis memorię vis, cui ab Arte plurimũ eßet preſidii, adeò rudes artificii illius animos cepit, ut hominem, qui advenarum lege ſolutus apud ſe figeret ſedem, digniſsimum judicarint. Hic primus ad Evangelii lumen inferendum aditus fuit. Ita ingenii fax ipſis multo nobilioribus ſidei tenebris aditum famulari ſuo lumine patefecit. Verba etiam, quæ de eo ſcribit P. Daniel Bartolus *in Hiſtoria Societatis Jeſu Sin. part. 3. Aſiæ lib. 5. fol. 283.* ſubnectere non pigebit; forſan Italicum idioma erit ad perſuadendum aptius; ſic ille. *Ma le maraviglie de' Savj intorno a lui, procedevano da altre aſſai più degne*

ca-

cagioni. Haveuasi il P. Matteo Ricci fin da quando si diede allo studio della lingua, e singularmẽte all'intelligenza e formatione de caratteri della Cina, fabricato in capo un misterioso teatro, in accõcio della memoria, che chiaman Locale: nè null'altro provò riuscirgli al pari giovevole, a bene ordinarsi in mente quelle tante migliaia d' intrigatissime cifere, con appreßo a ciascuna il suo proprio significato: onde leggendo i libri, le riscontrava, e senza interprete ne comprẽdeva il senso, e per iscrivere, se ne trovava in capo a' lor luoghi le forme, e quinci medesimo le copiava, di qualunque stravagante figura elle fossero: e sembra, dice egli, che la memoria locale sia stata ritrovamento di alcuno necessitato ad apprendere la Scrittura Cinese: peroche par che s' insegnino l' una l' altra, essendo quesii caratteri, che han tanto del geroglifico, adattissimi a formarla, ed essa a ben riceverli, a disporci con ordine a sõministrarli. Com'egli poi l' avea fin

da almen dodici anni continuamẽte in uſo, era al valerſene sì ſpedito, che a chi non ſapeva quello eſſere acquiſto d'arte, ſembrava miraculo di natura, sì ſtupende eran le pruove di memoria che poteva fare. Hor quì ſi vuol raccordare, che una delle corteſie, che più corrono fra Cineſi di conto, è l'invitarſi a' que' lunghiſſimi lor conviti, ne' quali il men che ſi faccia è il mangiare, sì fattamente, che etiãdio ſe in un medeſimo dì s'intervenga (come tal volta avviene) a due e tre di que'ben ſolenni, non ſe me grava lo ſtomaco, più di quel che faccia una cena aſſai parca. I ſavj utilmente gli ſpẽdono in ragionar di governo, o di lettere, e diſputar ſopra queſtioni morali, ed anco di religione. Hor da che il P. Matteo Ricci cominciò ad eſſere in quella nominanza che poco fa dicevamo, v'ebbe fra principaliſſimi Mandarini poco mẽ che gara a cõvitarlo, per così molti, inſieme, e più lungamente goderloſi, mettendo ſu'l ragionare chi d'una, e chi

d'

d' altra materia, come più à ciascuno era in grado saperne.

E sopra ciò egli raccorda, non essergli avvenuto di trovare altrove mai tanto agio di stendersi in dar pruove convincenti delle prime verità della fede nostra. Perche quì fu dov' egli domandava a quanti si erano i convitati, grand'uomini in professione di lettere, qual fosse quell'una delle cinque o sei loro Dottrine, che professava? e rispostegli da ciascuno la sua, facevasi egli ad argomentare co' testi di quel medesimo libro in cui la sua dottrina si conteneva, provando esservi Iddio, e l' anima nostra immortale, e nella vita avvenire beatitudine, e dannatione alla misura de' meriti. E che i testi, che sopra ciò allegano, recitandone fedelmente le loro parole originali, non sofferissero le violenti storsioni de' moderni chiosatori, mezzi Ateisti, che allegoricamẽte le interpretavano, del Cielo, e delle sue influenze, e degli altri principj, e operationi della natura, il dimostravan da' lor conseguenti ch'

era meſtieri concedere, peroche neneſſariamente conceſſi con le ſopradetti interpretationi: e pure le lor contradittorie, fin dagli avverſarj, ignoranti della dialectica come il ſono tutti i Cineſi, ſi ammettevano, oltreciò l'una dottrina diſtruggirebbe le altre, ch' egli manifeſtamente provava, inſegnare il contrario, e la Cina le ha tutte cinque, o ſei ch' elle ſiano per veritiere, e Canoniche. Così ben ſapendole egli tutte, non ci era chi gli poteße ſtare a fronte, ſi che non foße convinto, e dalla propria che profeſſava, e dagli altri che nò, ma non dimeno obligato à ſoſtenere almen queſto, ch' elle non ſono ingannevole, e menzonere.

Quel poi, ch'egli da ciò trabeva in ben della Fede, e delle anime, il provava al venir che facevano tutti ſoli; hor l'uno, hor l'altro de' letterati, a paſſar ſeco lungo ſpatio della notte, in udirſi provar da vero l' eſiſtenza di Dio, l'incorruttibiltà dell'anima, e lo ſtato delle coſe avvenir doppo morte. Hor di queſte

ſto haver' egli così ſpediti alla mano i teſti di tanti lor libri che recitava a verbo, lo ſtupir che ne faceano quei Mandarini, li conduceva a dir gran coſe in commendatione d'una che lor pareva memoria prodigioſa: al che egli una volta ſorridendo, in vece di torne la maraviglia, loro incomparabilmente l'accrebbe, dicendo, che quál egli ſe l' avea fatta, tale anche il potrebbe ogni altro. Sopra che, paſſate fra loro aſſai delle parole, come d' una grandiſſima novità, e, ſe vera foſſe, da pregiarſene un teſoro il ſegreto, egli in prova del vero a fin che finiſſer d'intendere, che il Ponente, in quel che s' attiene alle opere della mẽte, era altro che la lor Cina, in cui ſolo ſtimavano eſſer colato tutto l' ingegno, e'l ſapere dell' univerſo, mandò ſcrivere a un di loro una lunga filza di lettere Cineſi, (e ogni lettera, come più volte ſi è detto, è un intiero vocabolo) ſcatenate, e quali prima cadeſſero in penſiero, ſenza verun legamento di ſenſo: indi corſa egli una

sol volta coll' occhio la carta, tutte le ripetè per lo medesimo ordine con che ivi giacevano: e mẽtre quegli ne fanno le maraviglie, egli ripigliò a dirle al contrario, cominciando dall' ultima, poi da qualunque altra di mezzo, salendo, e scendendo verso quelle, alle quali ella era principio, o fine. E quì lo schiamare, e il dirne, fu un romor grãde. Tosto ne fù piena Nanciano, e com' è consueto ad avvenire delle cose che passano per più bocche, ch' elle o si trasformano in altre, o crescano sopra il vero, si divulgò, che al Padre, il mettersi, e ritener tutto a mente un libro, non costava più che la fatica del leggerlo: così tosto gli si ristampava nella memoria: e da ciò tal si accese ne' letterati un desiderio d'apprender questa, che chiamavano Arte divina, che se non che fare gli ha, vesse dato il continuo ricevere, e rẽder visite, che fra' Cinesi è un giuoco di cortesia in che perdono una gran parte dell' anno, egli havrebbe aperta una numerosissima Acade-

demia di Letterati, venuti a pregarlo, d' esser loro Maestro, e offerentisi alle consuete genuflessioni de gli scolari, e a riconoscerne la fatica col dovuto stipendio. Anco il Vicerè, i cui figlioli, secondo la legge de' Maestrati, non poteano uscir di palagio, il mandò caramẽte pregando d'ammaestrarneli quanto era possibile à farsi, almen per iscritta. P. Nicolaus Trigautius *de Christ. spedit. in Sinas lib. 3. cap. 11. fol. 296. & cap. 13. fol. 304.*

C. A. Chr. 1600.

Lambertus Schenckelius, Dulsivius, Vir omni literarum genere conspicuus, hujus Artis Magister fuit; quam jussu Regis per totum Galliarum Regnum docuit, obtentis prius literis Regio munitis sigillo, cum inhibitione, ne quis eũ quoquo modo turbaret; Auditores verò ne publicè aut privatim citra illius voluntatẽ docerent, sub gravissima pecuniæ mulcta; sicuti ex diplomate Regio apud eum transcripto latiùs patet. Phaosphor. *in*

Christ.

Chrif. Art. Memor. Velaſquez *in Fœnic. Minerv.* Diſcipulos habuit multos, quorum unum tantùm ſubmittam.

C. A. Chr. 1600.

Juſtus Jungmannus, Juris ac Philoſophiæ Doctor, inter Schenckelij diſcipulos locum haud inferiorem ſibi vindicat. Hic autem quadraginta ſententias ſemel ſibi lectas à prima ad ultimam, recto & retrogrado ab hac ad illam ſine mora, hæſitatione, aut errore memoriter recēſebat; poſtremò intercalari ordine quolibet expreſſo numero ſtatim ſententiam: aut dicto primo cujuslibet ſentētiæ vocabulo, confeſtim numerum indicabat. Concionem ſemel auditam ſtatim repetebat; non quaſi ſemel dumtaxat audiviſſet, ſed tanquā juſto ei tempore ſtuduiſſet. Hæc diſcipulus; quid Magiſter tu cogita. Joan. Phaoſphor. *in Schenckel. detect.*

C. A. Chr. 1600.

P. Claudius Aquaviva, Soc. Jeſ. Præpoſitus Generalis, natione Italus, patriâ Neapolitanus, Ducis Atrii filius; Vir vaſtâ eruditione, conſũmatiſſimaque prudẽtia æquè clarus, non ſolùm acutiſſimo fuit ingenio, ſed memoriâ prope Divinâ præditus. Eum tam præſenti memoriâ rerũ omnium, majorum minorumque, ac omnium ipſarum, in republica verſatum fuiſſe memorant, ut literarum ope haud magnopere requireret. Ubi primum rei alicujus mentio incidiſſet, tum totius negotii ac cauſæ initia progreſſusque habuiſſe in numerato, ne falli poſſet; ac ſuorum omnium animi corporiſque dotes, opes, ac bona, indolemque habuiſſe perſpecta, non majori audientium admiratione, quàm totius Reipublicæ utilitate, quæ tabularium meritorum in ſuo Præſide haberet. Joan. Rhò *var. virtut. In iſtor. lib. 5. cap. 2.*

C.

C. A. Chr. 1605

Franciſcus Suarezius Granatēſis, Societatis Jeſu, plenus doctrinarum omniū theſaurus, adeò omnia penè Divi Auguſtini opera memoriter tenuit; ut ad verbum recitare potuerit. Duo illa ſua ſupra viginti volumina, infinitis referta quæſtionibus, ità habebat in promptu, ut ſi res ferret, ſinguła doctrinæ capita citatis etiam diligentiſsimè locis afferret. Teſtis oculatus fuit Famianus Strada, qui ſic de eo *in eloquent. tripartit. lib. 1. proluſ. 1. Frāciſcum Suarium loquor ingenio ſime controverſia maximo: cui tantum memoriæ eſt, ut inter reliquos ſanctos Patres Auguſtinum multiplicem ſanè uberemque Scriptorem animo promptum habebat ubique, ejuſque tum ſententias, tū (quod perquam mirum eſt) verba pro re nata prolixè fideliterq; ſubiciat. Quin etiam de ſuis voluminibus, quæ jam Bibliothecam ſolam conficiant, ſi quid interroge-*

ſur

tur, uti fit ſtatim quo loco, quaque pagina diſſeruerit ea ſuper re, expedité docẽtem, ac digito commoſtrantem ſæpè vidimus.

C. A. Chr. 1605.

Alexandrum Rhò Juriſconſultum, quamquàm ultimo jam ſenio prægravem; ità legum infinitam illam ſuppellectilẽ in prõptu habuiſſe memorat Joannes filius, ut ad eum in porticu Collegii Juriſconſultorum nobiliùm ſedentem adirent, eumque animatam veluti bibliothecam conſulerent adoleſcentes, numquam ſpe falſi, cum in rem, de qua quæſtio inciderat, quidquid legũ eſſet, ſtatim veluti ex ſcripto depromeret. Joan. Rhor. *var. virtut. Hiſtor. lib. 5. cap. 2.*

C. A. Chr. 1610.

Nobiliſſimus Zbyngneus Goraisk de Gorai hujus Artis ope ad omnigenam eruditionem, atque exquiſitam linguarum intelligentiam pervenit. Specimina hujus

Ar-

rtis dedit eximia. Quatuor aut pluribus ſcribis (quod de Julio Cæſare fertur) diverſas dictabat materias. Centum vocabula Græcæ, Latinæ, Hebraicæ, ac nullius etiã ſignificationis unius quadrantis horæ ſpatio memoriâ inſcribebat, ac quolibet ordine recenſebat. Eodem temporis ſpatio integras paginas memoriæ cõmittebat. Joan. Pap. *Artific. memor. fundam. in princip. lib.* 1.

C. A. Chriſt. 1610.

Homo fuit Francofurti (teſte Phaoſphoro) qui hujus Artis miniſterio quatuor & viginti horarum ſpatio totam ferè linguam Polonicam edidicerit, ità ut cõmodè neceſſaria intelligeret, & interrogaret, quod utrum continuis, vel ſucciſſivis, aut diverſis horis fecerit, non aperit, utut ſit, res ſanè ſtupida, & neſcientibus vires Artis incredibilis. Joan. Phaoſphor. *in Schenckel. detect.*

C. A.

C. A. Christ. 1610.

Michael Mauritius Stavangrius artificiosâ memoriâ non caruit, quâ præditus præter vernaculam Danicam Novergiamque linguã, Anglicæ, Belgicæ, Germanicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Italicæ, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ linguarũ ità callentissimus erat, ut in his potius natus, quàm edoctus censeretur. Quinque scribis eodem tẽpore memoriter dictabat. Integras paginas vix auditas, vel lectas statim iisdem reddebat verbis. Paep. *Artific. memor. fundam. lib. 2. in princip.* Blond. *in Art. Mnemonic. cap. 7. fol.* 159.

C. A. Chr. 1610.

P. Godefridus Lammius, Belga, Orator clarus, subtilissimus Philosophus, Theologus eximius, præter animi fervorem, & sermonis vim, ità incredibili valuit Memoria, ut centum scripturæ locos unâ cõcione depromeret, quasi de libro recitasset: & erat præter

ter ſacras paginas in ſanctis quoque Patribus ità verſatus, ut quãvis ex iis auditam ſententiam in ſuum librum, & caput promptiſſimè referret. Toto penè Belgio auditus eſt tanto mortalium cõcurſu, ut altaria, ſcalæ, columnæ, cum locus non ſuppeteret, in templis alioquin laxiſſimis, cõſcenderentur. *Imag. primi Seculi Soc. Jeſ. Flandro-belgic. lib. 6. fol. 780.*

C. A. Chr. 1610.

Thomas Dempſterus, Scotus, Juriſconſultus excellentiſſimus, omniumque diſciplinarum genere ornatiſſimus, quippe Mathematicus, Coſmographus, Mythologus, Hiſtoricus, Orator, & Poëta minimè gregalius; tanto memoriæ bono claruit, ut multoties diceret, ignorare ſe quid ſit oblivio. Nihil adeò abditum in Antiquitatis monumentis, cujus non meminiſſet; ità ut Franciſcus Coſpius, Vir in literis omni comparatione major, Dempſterũ ma-

magnam Bibliothecam loquentẽ appellare consuevit. Albert. Miræus.

C. A. Chr. 1610.

P. Joannes Perez Menaco, Societatis Jesu, Paraquarius Limæ, Homo siquidem tam Divinis, quã humanis ad integrum imbutus., tâ fuit memoria, ut vix illi cõtigerit oblivisci. Post vigesimum annum promptissimè locos in auctoribus indicabat; Nam illi geminum memoriæ bonum propriũ fuit concipere ac retinere. Cùm quinque supra viginti Auctorum libros cursim evoluerit, de illorum sententiâ laudatis appellatisque verbis subitò dictare consuevit. Joan. Rhò. *variar. virtut. Histor. lib. 5. cap. 2.*

C. A. Christ. 1610.

Bernardus Lavinheta, Jurisconsultus, & Theologus eximius, hujus Artis professor fuit, qua fretus incomparabilis fuit memorię. In suo de Arte Lulliana Cõmenta

ter ſacras paginas in ſanctis quoque Patribus ità verſatus, ut quãvis ex iis auditam ſententiam in ſuum librum, & caput promptiſſimè referret. Toto penè Belgio auditus eſt tanto mortalium cõcurſu, ut altaria, ſcalæ, columnæ, cum locus non ſuppeteret, in templis alioquin laxiſſimis, cõſcenderentur. *Imag. primi Seculi Soc. Jeſ. Flandro-belgic. lib. 6. fol. 780.*

C. A. Chr. 1610.

Thomas Dempſterus, Scotus, Juriſconſultus excellentiſſimus, omniumque diſciplinarum genere ornatiſſimus, quippe Mathematicus, Coſmographus, Mythologus, Hiſtoricus, Orator, & Poëta minimè gregalius; tanto memoriæ bono claruit, ut multoties diceret, ignorare ſe quid ſit oblivio. Nihil adeò abditum in Antiquitatis monumentis, cujus non meminiſſet; ità ut Franciſcus Coſpius, Vir in literis omni comparatione major, Dempſterũ ma-

magnam Bibliothecam loquentẽ appellare consuevit. Albert. Miræus.

C. A. Chr. 1610.

P. Joannes Perez Menaco, Societatis Jesu, Paraquarius Limæ, Homo siquidem tam Divinis, quã humanis ad integrum imbutus., tâ fuit memoria, ut vix illi cõtigerit oblivisci. Post vigesimum annum promptissimè locos in auctoribus indicabat; Nam illi geminum memoriæ bonum propriũ fuit concipere ac retinere. Cùm quinque supra viginti Auctorum libros cursim evoluerit, de illorum sententiâ laudatis appellatisque verbis subitò dictare consuevit. Joan. Rhò. *variar. virtut. Histor. lib. 5. cap. 2.*

C. A. Christ. 1610.

Bernardus Lavinheta, Jurisconsultus, & Theologus eximius, hujus Artis professor fuit, qua fretus incomparabilis fuit memoriæ. In suo de Arte Lulliana Cõmenta

tario hæc habet. *Docui Tholosæ quendam Juriſtam hanc Artem, qui unâ nocte rubricas Decretalium memoriæ commendavit; eſt enim facilis exercitatio in ea.*

C. A. Chr. 1610.

Ubbo Emmius, Grethanus Friſius, Græcæ linguæ Profeſſor, primuſque Academiæ Groningnaæ Rector, Divinam quandam rerũ memoriam habuit; nam in omni omnium populorum, ac gentium hiſtoria verſatiſſimus, de cujuſque gentis, ac cujuslibet temporis hiſtoria rogatus ex tempore diſſerebat, recitatis omnibus locorum, temporis, & perſonarum circumſtantiis, haud ſecus, ac ſi præmeditatus & paratus accederet ad hiſtorias iſtas exponẽdas. Nec erat ſuperficiaria hæc Hiſtoriarum cognitio, quæ multis contigit, ſed quæ paucis, exacta, ſolida, ad interiora penetrãs, atque deſcendens Nic. Muler. *in Elog. Emmii.*

C.

C. A. Christ. 1610.

P. Adrianus Magontius, Belga Antuerpiæ, Societatis Jesu, Vir omnigenâ eruditione clarus, hanc quoque est excellentiam consecutus. Fuit enim Patrum, ac præcipuè Augustini lectione; usq; adeo imbutus, ut de abstrusissimis cõsultus locis, cùm per apoplexiã cæterarum ferè omnium rerum, adeoque & nominis sui non meminisset, digitum in paginã intendens, expeditè legenda exhiberet. *Imago primi seculi Societ. Jes. Flandrobelgic. lib. 6. fol. 780.*

C. A. Chr. 1610.

Joannes Bateus, Eques Hibernicus, hoc artificio adjutus, admirandâ quoque memoriâ fuit. Specimen Artis coram Philippo Tertio Serenissimo Hispaniarum Rege dedit excellens, nonnulla vocabula, quæ semel intellexerat, recensendo. Singularis Viri eximiam doctrinam, & sapientiã expertus Philippus, Matriti ut vi-

ve-

veret, petijt, eũque immunitatibus multisque privilegiis decoravit. Auditorem habuit in hac Arte Joannem Velasquez de Azevedo, qui de ea librum Hispanico idiomate in lucem edidit. ita Ipse Velasquez *in sua Fœnic. Minerv. lib. 3. lect. 27. §. 1. fol. mihi 99. retr.*

C. A. Christ. 1615.

Virginius Cæsarinus, Patritius Romanus, unus ex præclarissimis Viris, quos ulla ætas unquã produxerit, hoc Artificio, teste Bonchero, imbutus magnâ atque admirabili memoriæ viguit ubertate, adeòque auctorum, ac Principum sententias, ipsaque verba retinebat, ut cùm primùm locus aliquis indicabatur, ille sine ulla cunctatione totum redderet. sic de eo Auctor *ejus Vitæ. Maximos præterea clamores excitabat memoria, quâ ita Virginius pollebat, ut integras sæpè Scriptorum paginas, pro re nata recitaret, & ubi interesset publicis disputationibus, (intererat autem ferè quotidiè,*

tidiè, certatim invitãtibus iis, quorum ea ſolemnitas, quâ tanti Viri præſentia illuſtrior fieret) eſſet, que vel elevandum adverſarii dictum, vel ſunm confirmandum, ſexcenta Ariſtotilis loca proferret ex tempore, iiſdem penè verbis, quibus reddita fuerant ab interprete:

Cardinalis Bellarminus, quem Virum parùm conſideratè quicquam, aut ad aſſentationem dixiſſe, vel feciſſe unquam, nefas eſſet ſuſpicari, ſolitus erat dicere, videri ſibi Virginium alterũ Picum Mirandulanum, eum qui ob Excellentiam ingenii, & doctrinæ, phœnix eſt nuncupatus. Boncher. *in Art. Memorat. cap. 2.* & Auctor *ejus Vitæ.*

C. A. Chr. 1620.

P. Petrus Cottonus, Societatis Jeſu, natione Gallus, humanis nõ minùs, quàm Divinis diſciplinis ad miraculum imbutus, Artis hujus beneficio (teſte Izquerdo *in ſuo Pharo ſcientiar.*) memoria fuit egregia. ſic de eo P. Joannes Rhò.

Blandiuntur sibi hoc tanto memoriæ bono errorum non semel magistri, cùm præcipuè ex Divinis libris, aut magnorum Patrum monumentis depravatæ ipsorum doctrinæ petenda sunt fulcimēta. Hujusmodi per impotentiam Nemausi sese jactabat ministrorum facilè princeps, qui Cottono congressus plurimos è Patribus locos, quibus Catholicam de Christi Domini corpore sententiam cōvellere se credebat, magna memoriæ ostentatione in medium attulit. Verum in Virum memoriæ minimè indignum inciderat; nam Cottonus orsus ab ultimo (quod adversarius victoriæ omen putavit) ad primū usque regrediens, ad unum omnes ita tractavit, ut manifestissimè pro veritate stare palàm faceret; nec hiscere auderet hæreticus, qui mediatæ ac longo memoriæ labore cōprehensæ mendaciloquentiæ, parē pro veritate pugnantem memoriā eruditionemq; reformidaret. Joan. Rhò. *variar. virtut. histor. lib. 5. c. 2.* P. Sebast. Izquerdus *in Pharisaismo.*

C.

C. A. Chr. 1620.

P. Joannes Lorinus, Societatis Jesu, natione Gallus, patria Avenonienſis, ea gaviſus fuit felicitate memoriæ, ut dum ſpiſſos illos divina in oracula commentarios infinitâ concederet eruditione, in medio commentandi ardore ab exteris ac peregrinis evocatus, (qui hominem videre, atque alloqui, urbanæ peregrinationis fructum non ultimum exiſtimabant) ac diu ab illis detentus, in bibliothecâ, quæ illi perpetua ſtudiorum ſedes erat, reverſus, arrepto calamo, ſcriptionem adeò oblivionis ſecurum cõtinuabat; ut nec ultima quidem verba perlegeret, ſed ſequentia perurgeret. Rhò. *variar. virtut. hiſtor. lib. 5. cap. 2.*

C. A. Chr. 1630.

Robertus Sanderſon, Rotheramius, hâc imbutus diſciplinâ, plenus omnium ſcientiarum, ac bonarum Artium theſaurus meruit

appellari, ſic de eo Dan. Lloidi. *Doctor Robertus Sanderſon ex nobili Familia Sanderſonarum in Eboracenſi, & Lincolnienſi Comitatibus; in Schola Lincolnienſi educatus, ſub Methodico Magiſtro, & ſedulo Præceptore in ejuſdem loci Athæneo; qui acre illius ingenium, capacem ejus intellectum, fidelem ejus Memoriam, ſolidum ejus judicium, cui vires addiderunt Methodus, & profunda Apprehenſio, magnæ ſpei gravitatem ejus, ſilētem, ſedentariam, & ſtupendā ejus induſtriam, ad exquiſitam illam perfectionem deduxit, qua uſque ad ultimam vitæ mætam ornatus fuit (hanc autem ſedulitatem, ſtrictamve accurationem obſervare voluit in jaciendis doctrinæ fundamentis, ut hæc viciſſim in ea, quę ſuperſtruerētur; influerent. In adoleſcentia Memoriæ Artem didicit; cùm enim in pueritia juberetur memoriæ mandare, quæ nō intelligebat, ſimilitudinibus uti cogebatur, & mente recolere, quæ ignota ſibi erant, cogitādo de quibus-*

buſnam iis, quæ noverat affinibus. Dan. Lloidi *Adverſaria Angl.* & ex eo Pope-Blount *in cenſur. Celebr. Author.* pag. 1007. *verſ. Doctor Robertus.*

C. A. Chr. 1630.

P. Joannes Baptiſta Caramba, Tertii Ordinis Sancti Franciſci, patria Catanenſis, concionem cujuſdam celeberrimi Viri, Catanę recitatam, ſtatim memoriæ tradidit, & fingens proprium eſſe partum ad verbum recenſuit; tãdem ne Concionatoris diminuta remaneret opinio, ſe ob egregiã, quâ pollebat, memoriam id feciſſe pandit. Vir fuit omni diſciplinarum genere abſolutiſſimus: Romæ ſpecimẽ ſuæ doctrinæ nõ ſemel dedit eximium; ut ex iis quæ de eo ſcribit Groſſus videri poteſt, ſic ille. *F. Joannes Baptiſta Caramba omnium diſciplinarũ apicem doctiſſimi cujuſque judicio conſecutus, Theologus ipſo etiam Senatus noſtri judicio eximius, verbi Dei præco diſertiſſimus. Scri-*

ptor verò sive latinâ sive hebraica lingua elegantissimus, ac succi plenus. In patria Academia S. T. semel & iterum publicè professus, mirabilem quam de ingenio ipsius, & doctrinâ opinionem Roma ipsa ingeniorum asylum cõceperat, mirabilius superavit anno 1628. mẽse Junio, quando de singulis quibusque scientiis Geometria, Astrologia, Astronomia, Sacra Scriptura, Theologia, omni Philosophia, ac Medicina problematicè, & in utranque partem ad tres cõtinuos dies pro Generalibus Ordinis sui Comitiis campum subiit solus. Et iterum anno 1638. idipsum iniẽs certamen Sacram Scripturam omnem agitavit, ipse dux, ipse miles, nullo alio auspice, quàm doctrina, & ingenii Excellẽtia. Gros. *decoch. tom.* 1. *Cord.* 2. *Medul.* 8. *Excurs* 4. *fol.* 53. Bordon. *Cronol. fratr. & soror. tert. Ordin. Sanct. Franc. cap.* 25. *num.* 16. *in fine.*

C. A. Chr. 1630.

Joannes Seldenus Jurisconsultus,

tus; Salvitoniæ in Comitatu Suſſexiæ natus, unus ex maximis Viris, quos unquam Anglica gẽs habuerit, memoriâ artificioſa præditus, præter Juris Patrii, legum Moſaicarum, & multarum linguarum, Latinæ ſcilicet, Græcæ, Hebraicæ, & gentium omnium orientalium exactam ſcientiam, Poëta etiam fuit, & Orator egregius Magnus Antiquarius, Scutoriarum Imaginum quoque eximius Interpres. *Magna erat* (inquit de eo Doctor Lloyd. *ejus induſtria, qua mutationis horis utebatur in ſuis ſtudiis Philoſophicis, promeridiano autem tempore Materiam coacervabat eorum Argumentorum circa quæ ſibi ſatisfacere tentabat. Robuſtum habebat corpus, fidelem memoriam naturalem, & Artificialem.* Art. Duck. *de authoritat. Jur. Civil.* l. 2. 8. pag. 193. Doctor Lloyd. *in ſuis Adverſariis Anglicè.* & ex eo Pope-Blount. *in Cenſur. celebrior. Author. pag. 992. in medio.*

C. A. Chr. 1635.

Petrus Heylinus, Burfordiæ, agri Ozonienſis Oppidi Mercatorij natus, perenne omnium ſcietiarum flumen dictus, memoriâ viguit tenaciſſimâ. Ille enim linguas præter vernaculam calluit ſeptem, Hebraicam nempe, Chaldaicam, Græcam, Latinam, Italicam, Gallicam, Hiſpanicam. Poëta quoque fuit, & Hiſtoricus minimè gregarius, Orator (etiam extemporaneus) & Satyricus inſignis. Auctor *ejus Vitæ*. Pope: Blount *cenſur. celebr. Auctor fol.* 1009.

C. A. Chr. 1640.

Auguſtinus Barboſa, Luſitanus, Guimarenſis Juriſconſultus, Epiſcopus Uxentinus, Vir in omni literarum officina affabrè eruditus, tanto memoriæ bono claruiſ. ſe fertur, ut nunquam eorum, quæ ſemel audierat, oblitus fuerit. ſic de eo Janus Nicius Erithræus, ſeu potius Joannes Victorius Roſſi

in

in Pinacotheca tom. 2. Libris omninò carebat; memoriâ erat summâ, singulari, incredibili: hæc erat illi pro Bibliotheca; imò hæc omnes omnium Bibliothecas superabat: Quidquid in Urbe Bibliopolarum est arctâ sibi familiaritate devinxerat non alio vinculo, nisi vitæ probitate, atque innocentia, morumque suavitate; quibus facilè se in hominum gratiam insinuabat. Itaque quotidie modo in hac, modo in illa Bibliopolæ cujusquam taberna à mane usque ad vesperam sedens, totum se librorum, quibus maximè opus esset, lectioni tradebat; quæque legebat memoriæ custodiendæ mandabat; cujus tanta erat vis, ut domum rediens non solum eorum, quæ legisset fixus in animo sententias, verùm etiam versuum ordinem, numerumque referret, literisque mandaret.

C. A. Chr. 1640.

Joannes Morinus, natione Gallus, patria Blesensis, congrega-

tionis Oratorij Præsbyter, nunquam obliviscebatur eorum, quæ semel edidicerit. Præter stupendæ ad miraculum reconditæ eruditionis excellentiam, omnes penè linguas Orientales calluit. Morer. *in Maior. Diction. Gallic.*

C. A. Chr. 1640.

David Blondellus, gente Gallus, Cabilone in Campania ortus, Vir in Divinis scripturis singulariter doctus, & in humanioribur literis nulli suo tempore secundus, felicissimâ, si quis alius, memoriâ pollebat, id ei maximo ad propositum istud emolumento fuit. sic de eo Schock *in Fab. Hamel pag.* 91. *Spirans illa Bibliotheca omnisque antiquitatis historicæ thesaurus, celeberrimus D. David. Blondellus.* Morer. *diction. Gallic.*

C. A. Chr. 1650.

Pater Joseph Maria Mazzara Societ. Jesu Siclensis admirandâ sanè, qua pollebat, Memoria lin-

guam-

guam Græcam intra mensem didicit; ab universa instructus historia, Messanensem apprimè vel manuscriptis, vel elucubrationibus typis datis illustravit. Indè Messanæ benemeritus mutuis benevolentiæ significationibus Senatus, ac Civium omnium suffragiis fuit publicâ Doctoratus laureâ donatus, aliàs quamvis Professorum catalago ascriptus in Societate, Philosophiæ, ac Theologiæ præceptorem egerit. Plures fructus, quos tantæ Memoriæ fecunditas edidisset in flore Mors Immatura præcidit.

C. A. Chr. 1660.

P. Franciscus Macedus, gente Lusitanus, Ordinis Minorum de observantia Sancti Francisci, Vir omni æternitate, nec dum tertio illo Nestoris sæculo dignissimus, adeò hanc præstantiam est adeptus, ut memoriæ infallibilis diceretur. Theologus fuit eximius Philosophus insignis, Jurisutriusque Civilis, ac Canonici peritis-

ſimus, Orator facundus, Poeta etiam extemporaneus, adeo ut de quacumque quæreres materia, ſtatim eam verſu deſcriberet. Hiſtorias omnium populorũ, omnium ętatum, ſucceſſiones Imperiorum: Res Eccleſiæ memoriter callebat. Linguas præter vernaculam tenuit duas ſupra viginti. Q. Ennius, teſte Gellio, tria corda habere ſeſe dicebat, quod loqui, Græcè, Oſcè, & Latinè ſciret; num igitur non duo ſupra viginti corda habuerit Macedus, qui duo ſupra viginti percalluit linguas. Humanioribus literis non minùs, quàm Divinis ad miraculum uſque erat imbutus: Nam omnia Ciceronis opera, Salluſtii etiam, Titi Livii, Cæſaris, Curtii, Paterculi, Suetonii, Taciti, Virgilii, Ovidii, Oratii, Catulli, Tibulli, Propertii, Statii, Silii, Claudiani in numerato habebat. Theologico in certamine, Romę habito, laudatum ab adverſario Auguſtini locum, quo ſua ingulabatur ſententia, collectis ſtatim

memoriæ viribus, nuſquam apud Auguſtinum (quem ad verbū edidicerat) haberi coſtantiſſimè pronunciavit, cauſamque erroris allatis ſimilibus locis aperuit. Nihil tam obſcurum, aut abditum in ullo vetere Scriptore Græco, Latino, vel Hæbreo, de quo interrogatus, non extempore reſpõderet. Erat profectò apotheca omnium ſcientiarum, & totius Europę commune Oraculum. Placet hic ſubnectere unam ex ſuis concluſionibus, Venetiis habitam, ut ex iis, quæ in ea inſunt, dignoſcere Lector poſſit, quãtus Macedus fuerit.

Leonis Sancti Marci Rugitus Literarii per dies octo continuos Ore P. Macedi Obſervantis Minoritæ prolati.

I.

De Sacra Scriptura, tum veteris, tum novi Teſtamenti, deque ejuſdem ſenſibus verſionibus, interpretatione, & expoſitione.

De

II.

De Romanorum Pontificum ſerie, ſucceſſione, authoritate ſuprema: deque Conciliis Oecumenicis, ac eorum cauſis, Præſidibus, Doctrina.

III.

De Hiſtoria Eccleſiaſtica tum ab Adamo uſque ad Chriſtum: tum à Chriſto uſque ad annum præſentem.

IV.

De Sanctorum Patrum, & Græcorum, & Latinorum ætate, & Doctrina, ac præcipuè S. Auguſtini, cujus opera omnia exponentur; ſententiæ afferentur: defendentur.

V.

De tota Philoſophia, & Theologia ſpeculativa, & Morali: ac illius ſcholis, præcipuè Scotica, Thomiſtica, Jeſuitica: deque Sacris Canonibus, & Inſtitutis, ac libris Juris Civilis.

VI.

De Hiſtoria Græca, Latina, Barbara, præcipuè Italà, & Veneta.

De

VII.

De Rhetorica, ac illius arte, ac methodo: ad uſum ita redacta, ut quamcumque quis quæſtionem dicenti ponat, de ea ex tempore dicentem audiat.

VIII.

De Poetica ad mentem Ariſtotelis: deque illius formis: & verſibus. Poetis præcipuis Græcis, Latinis, Italis, Hiſpanis, Gallis. Oblata quævis materia, ex temporalis eam Poeta ſuſcipiet, & verſu deſcribet.

Cuilibet diſputaturo ponere, & rogare quid velit licitum eſſe. Incipient à die Lunæ 26. Septembris 1667. Publicè in Eccleſia S. Franciſci de Vinea Venetiarum.

VENETIIS, Superior. permiſſu.

Macedum, abſque Artificioſæ Memoriæ levamine, ſolaque fretum naturali, omnia hæc præſtitiſſe, mihi mortalium probarit perſuaſeritque nemo. Ipſe *in ſua Encycloped. impreſs. Rom. anno* 1657.

C. A. Chr. 1670.

P. Sebaſtianus Izquerdus, Societatis Jeſu, natione Hiſpanus, patria Alcarenſis, plenus diſciplinarum omnium Theſaurus, hac imbutus diſciplina (de qua fuſiſſimè *in Pharo ſcientiarum ſcripſit*) memoriæ fuit incomparabilis. Concionem ſemel auditam iiſdem verbis recenſere conſuevit. Multa millia vocabulorum etiam nulliùs ſignificationis, quæ ſemel intellexerat, vel legerat, quolibet ordine repetebat. ſic Ipſe *in Phar. ſcient. diſp. 32. quæſt. 2. nu. 43.* loquitur. *Repeti enim ab homine ordinariæ, vel etiam mediocris memoriæ magnum vocabulorum numerum, ſtatim ac ſemel audiuntur, idque eodem ordine quo audiuntur, tum inverſo, tum per quoſvis ſaltus naturaliter, & ſine arte factu, eſt impoſſibile, ut conſtat: per hanc autem Artem facilè fit, ut experientia monſtrat, de qua ego teſtari poſſum, poterit quæ quilibet alius, qui experiri voluerit.*

C. A.

C. A. Chr. 1690.

P. Franciſcus Raymundus, Siculus Panormi, quam ſortitus eſt Patriam, diem obiit ſupremum. Vir facundiſſimâ inſignis Memoria præcipuas ſcientias, variam eruditionem, ac multiplicem linguam percalluit. Latino nimirū, Græco, Hebræo, Hiſpano, & Gallico intra ipſos Siciliæ limites locutus idiomate, Arabo tamen memoriam exercuit maximè, ut in Tuneto Apoſtolicæ Vitæ miniſteriis expeditiùs vacaret. In anguſtum enim veluti coarctatus in hoc regno animarum juvandarū ardor Barbariam bis adiit, ibi non modò firmam, verùm etiam decrepitam ferè conſumpſit ętatem. Sanctitate, & Prudentia Meſſanenſi, & Saccenſi Collegio Moderator præfuit eximius. Matheſeos Profeſſor minimè gregarius. Tandem divinarum rerum meditationi intentus, Aſcęticarum exercitationum Præfectus, ac virtutum omnium Exēplar fato ceſ-

ſit

sit an. 1701. 16. Aprilis Ætat. 84.

Vivit adhuc celeberrimę famę, atque omnigenę eruditionis vir Antonius Magliabechi, Magni Ducis Hetrurię Bibliothecarius, qui tantâ est memoria (quamvis ingenio etiam sine cõtroversia maximo) ut in Bibliotheca tam ingenti, non solùm de quolibet quęsitus Authore, promptissimè forulos in pluteis, numerumque, quo esset repositus, quęrentibus indicet; verùm etiã de quacũque rogatus materia, in quo libro, quove in capite Authores de eâ discutiant, magna cum adstantium admiratione, statim expeditèque doceat. Est enim Bibliotheca spirãs, & eorum, quę scire velles oraculũ.

Præstita etiam hujus disciplinæ ope prodigia à Publicio, Jordano Bruno, Paëp, Bonchero, cæterisque aliis de Arte Memoriæ Scriptoribus, suis depromere locis valuissem: silentio tamen prætereunda censui, cùm facilè quisque ex iis, quæ de nonnullis commemoravimus, illa excerpere potuerit.

CA-

CAPUT IV.

Paradoxa, quæ ex hac Arte nascuntur.

ETsi quamplurimas Artis Memoriæ utilitates ex iis, quæ in precedenti capite deprõpsimus, quisque poterit colligere: illas tamen, nonnullis etiam adjectis, hìc summatim adumbrare non pigebit.

Hæc Ars curat Memoriæ naturalis defectus, qui sunt oblivio verborum, rerum, vel utrorumque rum, quæ audivimus, vidimus, legimus.

Methodum indicat, quâ quis Artibus liberalibus, & altioribus disciplinis Commilitones, quãvis in-

ingenio, & induſtria præſtãtiores, ſuperet.

Si cui cum Principe, aliove, ad quẽ rarus datur acceſſus, negotia ſint peragenda, haud exigua indigentia narratione, quæ partim ob varietatem, partim ob attentionis fervorem, ad rem inter loquendum occurrentes, naturalem ſæpiſſimè confunderent memoriam, hoc Artificio ſic omnia poterit diſponere, ut tanquã libet ſibi ſuus aſtiterit animus.

Multa notatu digna certis horis, lociſve intelligimus, excogitamuſve, quę cùm ea calamo adnotandi deſit opportunitas, miſerabiliter pereant foret neceſſe; quando hâc fretos Arte omnia illa retinere operæ quidẽ erit minimè difficilis.

Per hanc diſciplinam mirificè juvari poteſt Ars combinandi, univerſalis Artis ſciendi pars potiſſima.

Confert etiam facilitas utendi hac Arte, per ipſius uſum compa.ata ad retinenda fixa in Memo-

moria objecta ſemel ſcita, vel ſemel in locis collocata; quatenùs confert ad facilem eorum repetitionem, quę potiſſima cauſa eſt tum conſervationis, tum etiam promptæ excitationis ſpecierum memorabilium.

Dum ſermo nobis eſt cum iis, quorum narrationem parùm decorè licet interrumpere, & tamen multa occurrunt, quæ ad ſingula aptiſſimè reſponderetur; quæque ante locutionis finem è naturali elaberentur Memoria; illa omnia hujus Artis ope firmiter retineri poſſunt.

Concionator, qui hanc Artem poſſidebit, ità ſibi familiaria quatuor diverſa quadrageſimalia reddere poterit, ut quâlibet horâ quovis ſtylo ad populum verba facere ſit expeditus.

Juriſconſultus, cujus ſcientia non tam in inferẽdo, argumentãdo, conficiẽdo more philoſophorum, quàm legibus innumerabilibus, Juriſconſultorum veterum ſententiis ac reſponſis, Impera-

to-

torum ac Regum juſſis, decretiſque colligendis coacervandiſque conſecratur, & alitur, hujus Artis beneficio non ſolùm omnes rubricas, quatuor Inſtitutionum libros, & integras titulorum de Verborum Significatione & de Regulis Juris leges Memoriæ tradere poterit; verùm etiam totum utrinſque Juris civilis, ac Canonici Corpus, pro ut Petrum Thomaſium Ravennatem, multoſque alios Hujus Artis Profeſſores feciſſe legimus.

Idem ſi centum aut plures habeat cauſas, poteſt ſic omnes cũ circũſtantiis ſecundum Hujus Artis præſcriptum in Memoriam reponere, ut ſingulis Clientibus ſine ordine accedentibus, ità reſpondeat; quaſi ſcripta cujuſque ante oculos habens, legeret: ſi verò cauſæ verbis agendæ ſint, ut nonnullis in locis mos eſt, non ſolùm ſua meminiſſe, ſed quæ ſibi ab Adverſariorum parte dicũtur, ut ad ſingula reſpondeat, poteſt retinere.

Eo-

Eodem ferè modo Relator de ſemel atque iterum lectis multorum foliorum proceſſibus, ita in Senatu referre poteſt de ſingulis, nulla parte cauſæ alicujus omiſſa, vel circumſtantia, ut omnibus magnæ ſit admirationi.

In Chronologia ità hâc Arte fretus informari brevi temporis ſpatio poterit, ut dato quovis anno, ſtatim diceret omnia Regnã. tium, eorumque, qui in ſcientiis, Artibuſque liberalibus floruerũt, nomina; quæve ſcitu ac memoratu digna illo tempore acciderunt; nativitatis, ſucceſſionis in Imperio, atque mortis uniuscujuſque tempus etiam indicando.

Artis Memoriæ Profeſſor latrunculorum ludum, non ſolùm cum uno, verùm etiam cum tribus, pluribuſque luſoribus in diſtinctis calculis magna cum intuentium admiratione ludere poterit.

Infrà unius anni ſpatium hujus Artis ope ſeptem principaliores linguas commode diſcere quiſ-

quiſque poterit. Miraberis ſanè benigne Lector hæc legendo; ſed mirari deſines, ſi in mentem revocabis, Juvenem fuiſſe Francofurti, qui hac Arte quatuor ſupra viginti horarum ſpatio totam ferè linguam Polonicam addicit.

Poterit enim aliquis per hanc Artem citò ac certò, facilè, ordinatè, ac firmiter infinita mandare Memoriæ, non modo per modum hiſtoriæ cohærentia, quorũ unum nos ducit in alterius cognitionem; ſed etiam res valdè diſparatas, quæ nullo connectũtur ſucceſſionis vinculo: putà omnes Ciceronis Epiſtolas, omnes excommunicationes, irregularitates, aſſertiones, quę non exiguũ laborem, & egregiam naturalem memoriam requirunt. Dixi *citò*; cùm hujus Artis adjumento aliquis una hora diſcet, quod alius licèt optimè memoriæ vix quatuor. *Certò*, nam qui naturali innititur memoriç facilè decipitur; qui verò Artiacioſç omnia ſic ferè

rè ante oculos habet quasi legeret. *Facilè* autem, cùm unusquisque experiatur in se, quanta difficultate Memoriæ mandat centum aut ducenta nomina Sanctorum, Pontificum, vel Imperatorum; quod Artis subsidio nullo ferè labore fit; sive recto ordine, sive retrogrado, sive intercalari. *Ordinatè* verò, nam qui supradicta Sanctorum, Pontificum, Impratorum nomina, Memoriæ tradere conatur, sæpè unum alteri præponit; hac autem Arte ità ordinate proceditur, ut etiam minutim recordemur non solùm nomina, verùm etiam circumstantias, & signa illis attributa. *Firmiter* denique, quæ enim naturali percipimus Memoria, obliviscimur citò; quod non ità evenit in Artificiosa; per multos nãque annos inhærent, ut noverũt Artem callentes.

Mira hæc sunt, sed audi mirabiliora.

Magnum vocabulorum numerum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, vel

etiam nullius ſignificationis, ſine ſenſu, aut dependentia accumulatorum, quę plurimorum dierũ ſpatio (adhibito etiam tędioſo labore) naturali memoriç vix imprimi poſſent, poſt unam ſtatim recitationẽ, ità hac imbutus Arte, memoriæ tradere poterit, licèt cuilibet vocabulo diverſus adhęreat numerus, ut vel ſecundum ſeriem repetere, vel ſi de vocabulo in initio fine, aut medio paginę exiſtente, quinam ſit numerus eidem aſſignatus, aut verò viceverſa, ſi de numero hinc inde pro lubitu deſumpto quęratur, cui ille vocabulo affixus ſit? ſine mora, vel hęſitatione queat recenſere. Quod Artis inſcii, & ignari cùm viderint captum dicent ſuperare humanum.

Pari quoq; felicitate Artis Memoriç Profeſſor longam numerorum ſeriem, vel plurimas, ſemel auditas, figuras arithmeticas non tantùm recto, retrogrado, & intercalari recitare poterit ordine; verùm etiam harum omniũ totam

tam ſummam memoriter excerpere. Eodemque artificio quatuor pluresve numeros per totidem alios memoriter multiplicare valebit, magna cum intuentium admiratione; dum nemo Arithmeticus, quamvis egregius, id efficere poterit.

Verſus quãtumvis multos, imò & integrum poëma ſemel auditum, ità quis hâc Arte recenſebit, ut ſuum eſſe dicere queat; Quod Senecam, Theodectem, Picum Mirandulanum, multoſque alios hujus Artis Aſſeclas peragiſſe jam demonſtravimus.

Multas librorum paginas, Cõcionem etiam, vel Orationem, ſemel auditam ſic hujus Artis Profeſſor memoriæ mandare poterit, ut integram repetere haud erit difficile.

Fretus hâc Arte dictare poterit decem, aut pluribus ſcribis diverſas, in promptu exhibitas, materias, vel epiſtolas, diverſis etiã linguis, ſine hæſitatione, vel cõfuſione; quod adeò captum om-

nium ſuperat, ut perſuaderi niſi experientia non poſſit.

Formam denique nos docet Bibliothecę conficiendę, in qua nō tantùm librorum tituli, ſed tota in ſpecie materia ità diſponitur, ut quocumque ſimus loco, etiam remotiſſimo illa utamur, quaſi, prę ſentes in materiali ſingula oculis legeremus corporeis; & cum Biante dicere poſſimus, *omnia mea mecum porto.*

Atque hęc ſunt, quę de Paradoxis Artis Memorię paucis Lectori indicanda duxi.

CAPUT V.

Brevis Artis Memoriæ Idea.

CONSCII primi parẽtes illius inextricabilis sentẽtiæ, *tantum scimus, quantum memoriâ tenemus, & nihil amplius*; nullum non lapidem moverunt, ut memoriam augere, modumque quo facultas hæc facilè omnia apprehenderet, ac diù retineret, invenire valuissent. Ad quem obtinendum scopum antiquissimi Hebræorum sapiẽtes Masorethæ Artificium quoddam (quod Ars Memoriæ Grammatica, sive Literalis appellatur) invenerunt. Hi enim multarum dictionum prõ-

ptam ac diutinam memoriam habere cupientes ex earum initialibus literis vocem ſibi compingebant, ut quævis litera ſuã vocem in mentem revocaret. Quę ſanè vox interdum cognita, plerumque tamen incognita, & nihil ſignificans efformatur.

Cognitarum vocum exemplũ habemus in ipſarum Hebraicarum literarum diviſione, quæ ut facilè memoriæ poſſit imprimi, undecim ſerviles literas; nempe, *Mem*, *Scin*, *He*, *Caph*, *Chet*, *Bet*, *Alpeh*, *Lamed*, *Jod*, *Nun*, *Vau*, tribus his nominibus, MOSCE, VECHALEU, ETHAN, incluſerunt.

Quinque etiam has literas *Caph*, *Mem*, *Nun*, *Phe*, *Tzade*, quæ aliter in fine ſcribuntur, unde literæ finales, ſeu biformes vocantur, hãc voce CAMNEPHAZ.

Pari quoque modo ex ſequentibus dictionibus, *Illuſtrator Omnipotens Habitans Angelica Non Neget Exornantibus Salutem Beatam, Atque Permanſuram, Tanquam*

quam Iuſtificatis Suis Terminis Amen. Notiſſimæ voces JOHANNES BAPTISTA.

HINRICUS ex his alijs, *Habens Ieſum Nazarenum Regem Iudeorum Cuſtodem Uitæ Suæ.*

Ex quatuor ordinibus minoribus; nempe, *Oſtiariatus*, *Lectoratus*, *Exorciſtatus*, *Acolitatus*, OLEA.

Ex quinque denique intellectivis virtutibus; nempe, *Ars*, *Scientia*, *Prudentia*, *Intelligentia*, *Sapientia*, ASPIS.

Incognitæ autem vocis vulgatum extat in dialectica exemplum in *ly* REUBAU, quod ſex indicat traſcendentia, *Res*, *Ens*, *Unum*, *Bonum*, *Aliquid*, *Uerum.*

BOC PUME ſeptem Eccleſiæ Sacramenta; ità tamen, ut BOC, tria illa; nempè, Baptiſſimus, Ordo, Confirmatio, quæ ſemel conferri poſſunt, indicet; PUME verò alia quatuor; nempe *Pœnitentia*, *Untiò*, *Matrimonium*, *Euchariſtia*, quæ ſepè novantur: unde pro majori facili-

tate ſequens confectus eſt verſus;

BOC bis non datur, ſed PVME ſæpè novatur.

Peccettum novem Muſas, *Polymnia*, *Erato*, *Clio*, *Calliope*, *Thalia*, *Terphſycore*, *Urania*, *Melpomene*.

DUCTAPSPA novem Angelorum ordines, *Dominationes*, *Virtutes*, *Cherubin*, *Trboni*, *Arcangeli*, *Principatus*, *Seraphin*, *Poteſtates*, *Angeli*: *unde*

Angelicos DUCTAPSPA *Choros deſignat ad unguem.*

Et tandem ICVGAI LVMIAM duodecim primos verſus libri primi Æneidos Virgilii in mentem revocabunt

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen, & egreſſus ſylvis, vicina coĕgi,
Ut quamvis avido parerent arva colono,
Gratum opus agricolis; at nūc horrentia Martis
Arma, virumque cano; Trojæ qui primus ab oris

Ita-

Italiam fato profugus, Lavinaque venit
Littora: multum ille, & terris jactatus, & alto;
Vi superum, sevæ memorem Junonis ob iram.
Multa quoque; & bello passus dum conderet urbem,
Inferretque Deus Latio: genus unde Latinum
Albanique Patres, atque altæ mœnia Romæ.
Musa mihi causas memora, quo nomine læso.

Cum verò nonnunquam ob cõsonantium multiplicitatẽ vox cõmodè cõpingi haud posset, vocalẽ proximam adconjungendas cõsonantes adijciendã esse docuerũt; ut si velis nomina Provinciarũ majorũ Gallię, quę sũt Picardia, Normãdia, BRItannia, Campania, Burgũdia, Alvernia, Aquitania, Languedochium PROvincia, Delphinatus, memoriâ tenere, revocabis in illã has voces PiNBriCBA AlProD.

Si utriusque paginæ tam veteris, quàm novæ libros, qui in

Legales, Hiſtoriales, Sapientiales, & Prophetales dividuntur, has quatuor voces, GELNuDE, IIRRePENTIEIMA, PſaPCESEPauCA. IIBEDDuA.

GELNuDE enim indicabit legales, quæ veteris teſtamenti ſunt, *Geneſis*, *Exodus*, *Leviticus*, NUmeri, *Deuteronomium*; Teſtamenti verò novi, *Evangelia quatuor*

IIRRePTIEIMA hiſtoriales; nempe veteris teſtamenti *Joſue*, *Judices*, *Rut*, REgum quatuor, *Paralipomenon* duo, *Eſdras*, *Nehemjas*, *Tobias*, *Judith*, *Eſter*, *Job*, *Machabæorum* duo; teſtamenti verò novi *Apoſtolorum acta*

PſaPCESEPauCA ſapientiales, teſtamenti veteris PSAlterium davidicum, *Proverbia*, *Cantica*, *Eccleſiaſtes*, *Sapientia*, *Eccleſiaſticus*; novi teſtamenti PAUli epiſtolæ 15. CAnonicæ ſeptem.

IIBEDDuA, prophetales, qui ſunt veteris teſtamenti *Iſaias*, *Jeremias*, *Baruch*, *Ezechiel*, *Daniel*, DUodecim *Prophetæ minores*; te-

teſtamenti novi *Apocalypſis*.

Fuerunt & alij, qui grammatum loco initialibus uſi ſunt ſyllabis. Quem tamen modum, quævis præcedente prolixiorem, magis excitare memoriam nemo inficias ibit. Hæ igitur voces, INZOBOCE, SILEHISIM FEGEASYM Romanorum Pōtificum nomina, qui quarto floruerunt ſeculo, indicabunt; nempe, IN*nocentius* ZO*zimus*, BOnifacius, CÆ*leſtinus*, SIx*tus*, LEo, HI*larius*, SIM*plicius*, FE*lix*, GE*laſius*, A*naſtaſius*, SYMmacus. Et hanc Artem Memoriæ Syllabicam dixerunt.

Verſus quoque non contemnendum memoriæ ſubſidium eſſe fugit neminem; oratio enim ligata propter harmoniam, aliquam habet cum mente cognationem: unde Quintilianus.

Metra juvant animos: comprendunt plurima paucis:
Et benè commemorant: ſunt hęc tria gratiæ legenti.

Hinc factum eſt, ut nulla ſciē-

tia, nullaque Ars inveniatur, cujus præcepta ac primordia brevitèr versibus haud includantur. Videmus etenim omnia Grammatices, Poëtices, Jurisprudentiæ, Medicinæ, ac in primis Arithmetices, & Algebræ præcepta patres nostros versibus inclusisse. Henricus Ranzovius observationes oeconomicas, prognosticas, & medicas; atque mensium labores versibus illustravit. Avium, & quadrupedum voces incertus Auctor. Hugo Grotius Batavus varios usus, virtutes, & fictiones annulorum eleganter & eruditè metricè describsit. Paulus Antonius de Tarsia Europæ Urbes, atque oppida. Joannes Baptista Pescane, & Petrus Tuningius omnes institutionum Justiniani paragraphos. Et denique Basilius Faber omnia humani corporis membra, animalia diversa, Arbores, plantas, herbas, frutices, flores, Aromata, olera, ligumina, frumenta, Magistratus, dignitates, ordines, officia, professiones, opificia, cognagna-

gnationes, ſupellectilia, utenſilia, inſtrumenta, domus partes & varietates, partes navis, veſtes, ornamenta, cibos, liquores, & morbos memoriæ gratia paucis inclusit verſibus.

Hanc autem majores noſtri Artem memoriæ Poëticam appellarũt; quam ſicuti magno habuerunt in pretio, ità modis uſi ſunt diverſis. Interdum enim ſimplices ipſas voces, quæ ſolutæ vix naturali memoriæ imprimi valerent, verſibus illigarunt. Septẽ ergo circumſtantiæ, quæ in actionibus ſunt conſiderandæ, ſic exprimuntur.

Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando,

Novem quæſtiones ità

An, quid, cur, quantum, qui quale, ubi, quando, quibuſcum.

Septem Urbes, quæ de Homeri, Poëtæ ſummi, patria certant, hoc carmine

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ.

Un-

Undecim Cæli

Cinthia, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Juppiter, Urnus

Æthereum nonum, post Primum Mobile, Regnum.

Zodiaci ſigna duodecim

Sunt Aries, Thaurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,

Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

Quatuordecim operæ miſericordiæ: ſpirituales nempe ſeptem,

Inſtrue, conſule, caſtiga, ſolare remitte, fer, ora.

Corporales verò

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Decem prædicamenta huic includerunt diſticho

Arbos ſex, ſervos, fervore, refrigeſtat uſtos

Ruri, cras, ſtabo, nec tunicatur ero.

Artes liberales, & ſerviles huic alio

Lingua, Tropus, Ratio, Numerus, Tonus, Angulus, Aſtra.

Rus, Nemus, Arma, Faber, Vulnera, Lana, Rates.

Ge-

Hexametrum autem liberales artes; Pentametrum verò ſerviles continet.

Quatuor ſcripturæ ſacræ ſenſus, quidve doceant, Lyranus tali pacto exprimit

Litera geſta docet, quid credas Allegoria.
Thopologia quid agas, quid ſperes Anagogia.

Nomina, & officia Parcarum ſic exprimuntur

Clotho colum gerit, Lacheſis net, Atropos urget.

Vel

Net Lacheſis, fert Clotho colum, ſecat Atropos enſe,

Nomina verò & officia Muſarum ſic inter poëmata Virgiliana leguntur expreſſa.

Clio geſta canens, tranſactis tempora reddit.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Melpemone tragico proclamat meſta boatu.
Terpſicore affectus citharis movet, imperat, auget.

Plo-

Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Vranie Cæli motus scrutatur, & astra.
Comica lascivo gaudet sermone Thalia.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Mentis Apollineæ vis has movet undique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Cùm alij menses alijs plures habeant dies, illud hexasticis his declaratur

Junius, Aprilis, September, & ipse November
Hi denos ter habent dinumeruntque dies.
At reliquos menses omnes ex ordine Jani
Unum & triginta quenque tenere ferunt.
Sed Februus tantùm viginti continet octo:
Ille bisextilis si tamen annus erit:

Octo libri Physicorum his versibus comprehenduntur.

Est

Eſt de Principijs primus. Natura ſecundum
Cum cauſis, ternum Infinitum eſſentia Motus
Occupat. in quarto eſt Tempus, Vacuumque locuſque
Quintus habet ſpecies Motus qui oppoſitus & unus.
Eſt de continuo ſextus, ſed ſeptimus omne
Quod movet hoc etiam probat ipſum aliunde moveri.
Excipit octavus primum atque immobile Numen.

Codicis Juſtiniani rubricæ ferinè omnes ſic exprimuntur.

Pars prior officia, leges, & ſacra docebit.
Tranſigo, reſtituo, gero, poſtulo parte ſecnnda.
Tertia jus dicens, queritur, ſervit, petit, occat.
Actio, contractus, teſtes, quartâ reſerantur.
Quinta dabit nuptas, tutelarumque figuras.
Sextâ libertos, & teſtamenta notabo.

Hep-

Hepta manumittit, præscribit, provocat: haud ter.

Pignorat octava, interdicit, dat, stipulatur.

Ultima multiplici pars crimina lege flagellat.

Materia novem librorum codicis ità:

Sacrat prima. Secunda parat. Jus tertia dicit.

Contrhait & quarta. Nubere quinta docet.

Testatur sexta. Libertos septima ponit.

Pignorat octava. Crimina nona premit.

Causæ triginta sex Decreti Gratiani patent per totidem vocabula, in septem subjectis versibus posita, ex quibus non tantùm numerum; sed etiam principalẽ materiam cujuslibet facilè cognosces. Quilibet versus quinque complectitur vocabula, dempto ultimo, qui sex habet.

Simon appellat spoliatu teste libello.

Infantes vivens successor solve regendo Cen-

Cenſuram teſtor funus fœnus furioſus
Monachus occidit Abbatis clauſura volentes
Commendat jurans pugnas hæreſis violatas
Sortilegus ſponſis infidis ſervat infans.
Mœcha coit mente dubitans gradibus rapiente.

Aliud denique exemplum, quod ad ſcripturas ſacras in promptu habendas, memoriterque edifcendas inſerviet, utpote utiliſſimum, atque à multis deſideratum, ſilentio prætermittere non exiſtimavi.

Ex ſubjectis itaque verſibus tria nanciſcimur. Primò omnes utriuſque teſtamenti veteris ac novi libros facilè ac firmiter ſecundum ſeriem memoria tenere. Secundò verò numerum capitum, in quæ libri diviſi ſunt. Tertiò denique quid in unoquoque capite biblicorum librorum contineatur.

Ad libros, ordinemque eorum memoriter retinendos undecim

ex-

extant verſus, non ad normam poëſis curioſæ, & aures titillandas: ſed ad uſum ſtudioſorum, ipſorumque ſubſidium accommodati.

Geneſis, Exo. Levi. Numerorum Deuteronomi.

Joſue; Judic. Ruth. Regum. Paralipomen. Eſdras.

Tobias. Judith. Eſther. Job. Pſalteriumque.

Proverb. Eccleſiaſt. Cantic. Sapit. Eccleſiaſtic.

Eſai. Jeremias. Baruc. Ezechiel. Danielis.

Oſe. Joel. Amos. Abdi. Jonas. Michæ. Naum. Abac.

Sophon. & Aggæus Zacharı. Malachi. Macabæi.

Mathæi, Marci, Lucæ, Ioannis; & Acta.

Roma. Corynt. Galat. Ephe. Philippos atque Coloſſeis

Theſſal. Timothæus. Titus. atque Philemon. Hebræos.

Jacobus. Petrus. Joan. Jud. Apocalypſis.

Ut numerum capitulorū uniuſcu-

cujuſque libri Biblici memoriter retineamus, inſervient quatuor ſupra quinquaginta ſequẽtes verſus

DAt decies quinis Geneſis primordia mundi.
Exodus Ægyptum per quadraginta relinquit.
Leviticí ſacra deſcribunt ſeptem atque viginti,
Caſtra, iter, & pugnas triginta, & ſex Numerorum.
Quatuor & decies ter Deuteronomien explet.
Joſua diſtribuit viginti, & quator urbes.
Judicibus viginti unum; Ruth quatuor urbes.
Triginta atque uno regnorum primus habetur.
Quatuor & viginti habet in Davide ſecundus:
Viginti atque duo Salomoni tertius addit.
Quarti viceno & quinto Babylona migratur.
Viginti atque novem Chronicum primus habebit,

Et

Et replicant Reges ſex & triginta ſecundi.

Eſdræ prima decem populum Babylone reducunt

Tredecimo uxores alienas abdicat alter.

Tobias viſum quarto decimoque recepit.

Sedecimo Judith de cæſo Holoferne triumphat

Eſther ſedecimo falſum ſuſpendit Amanem.

Diſputat, & patitur Job quadraginta duobus.

Centum, & quinquaginta Canit David ordine Pſalmos

Vno & ter denis Salomon proverbia dictat.

Bis ſenis mundus contemnitur Eccleſiaſtæ.

Octo ſacrum thalamum Chriſti pia cantica pangunt.

Bis quinque atque novem Chriſtum ſapientia paſſum.

Siracides nos uno & quinquaginta reformat

Sexaginta & ſex Evangelicus dat Iſaias.

Quin-

Quinquaginta duo, mox quinque fiet Hieremias.
Exulibus Baruch in sex idola repellit.
Mysticus Ezechiel quadraginta octo revelat:
Quatuor atque decem Daniel arcana recludit.
Oseas quartum & denum: Trinũ Joel explet.
Nonum Amos, Abdias unũ, Tum his duo Jonas.
Michæas septem, Niniveng; Nahum tribus urget.
Mox Abacuc tria, Sophonias tria, bina dat Aggêus.
Dat quater atq; decem Zacharia, quater Malachias.
Pugnant in primo sex atque decem Machabæi.
Per quinque atque decem pugnat Machabaicus alter.
Tertius Esdra novem: quartus bis trina decemq;.
Octo bisq; decẽ Christo Matheę sacrasti.
Sex tantum atque decẽ Breviator Marcus adimplet:
Quæ Lucas plenus viginti & quatuor ornat.

Vi-

Viginti atque uno comples dilecte Joannes.

Octo & viginti Lucas rursum Actibus addit.

Romanos Paulus sex & bis quinque salutat.

Prima Corynthiacæ sex atque decem dedit urbi

Alterat tredecimo numero cõpletur eisdem.

Sex Galatis, Epheso: Quater este Philippe, Colosse.

Thessalonica prius quinque, & tria posterius sunt.

Timothei primæ sex, quatuor este secundæ.

Tu tria Tite loges: unum dilecte Philemon:

Bis quinque atque tribus legem evacuabit Hebræis.

Quinq; Jacobus habet; Petrus quinq; & tria scribit.

Quinque prior Joannis; & altera, tertiamq; unum

Unum etiam Judas, duo viginti Apocalypsis.

Et tandem, ut quid in unoquoque capite omnium sacræ paginę

ginæ librorum continuatur, ſummatim comprehendamus, ità ut quęſiti de quolibet capite, ac qualibet materia, ſtatim, magnâ cũ intuentium admiratione, reſpondere poſſimus, hoc, vel illud cõtinet; ſive in tali capite libri talis factum illud invenitur; Inſtrumentum carmine hexametro confectum extat, in quo ſingulę voces, ſeu dictiones ſeparatę integri capitis indicant materiam. Sunt autem in eo ducentum quinquaginta verſus, qui utriuſque Teſtamenti omnia complectuntur capita. In ſingulis dictionibus breviſſimę gloſſulę inveniuntur ſuperinſcriptę, quę, quod in ipſis dictionibus includitur, planiùs declarant. Numerus additus eſt capitis illius, cujus in dictione ſubſcripta argumentum indicatur. Tali namque induſtriâ factum reperitur, ut ſi attentè cõſideres dictionem memorialẽ in verſu poſitam, invenies eſſe aliquod inſigne aut illuſtrius vocabulum è medio capituli deſum-

ptum, quod ſuo quaſi ſitu revocat diligenti Lectori in memoriam ea, quæ antecedunt ipſam dictionem, quæque eam ſequuntur.

Ut res tamen feliciter ſuccedat, oportet ſtudioſum in primis omnes verſus (quos pro majori commoditate in calce hujus opuſculi pag. 225. poſuimus) memoriâ tenere; atque totam ſacram paginam ſemel; & ſi opus erit pluries conſideratè perlegere, ut dictionis illæ memoriam ipſius faciliùs valeant excitare.

Hujus tam admirabilis inventi fuit Alexander Villadeus, Dolenſis ex Britannia minori, de ordine Sancti Franciſci Monachus, qui floruit circa annum Domini 1240. Quapropter dubio fui cõſilio, an illud hîc ſubnectere deberem: nec ne? cùm mihi præſens opuſculum alienis implere laboribus haud fuerit intentio; vicit tamen Amicis, alijſque curioſis Viris, qui illud præ manibus habere magnoperè optabant, benefaciendi voluntas. In-

Interdum inquam multas artificio quodam efformarunt voces, quæ literis, è quibus constãt, præcepta in memoriam revocãt; illasque versibus illigarunt. Hujusmodi voces aut vocales, sive consonantes solas habent significativas; aut vocales, simul & cõsonantes; aut numero literarum, quas continent, aliquid demonstrant.

Vocales solas significativas habent voces istæ, versui subjecto inclusæ.

1 2 3 5 6
Salve certa animæ, semita vita,
7
quies.

Quibus è tribus rebus: puta Annulo, Epistola, Jaculo, totidem hominibus, unoquovis unam rẽ auferente, quis unam abstulerit, scitè detigi poterit.

Modus etiam ità disponendi triginta homines, quindecim nẽpe Christianos, & totidem Turcas, ut si ipsorum medietas, & illi quidem, quos novenarius at-

tigerit numerus, removeri debeat omnes Turcæ removeantur, hoc alio exprimitur verſu.

Populeam virgam Mater Regina ferebat.

Nam vocales numerum hominum, qui à Chriſtianis incipiendo alternativè ſemper diſponi debent, indicant. Vocalis nempe A. 1. E. 2. I. 3. O. 4. V. 5. his ità præhabitis, primò collocari debent quotuor Chriſtiani, poſtea quinque Turcæ; mox tres Chriſtiani, deinde unus Turca, &c. cùm prima vocalis ſit O. ſecunda V. tertia E. quarta A.

Conſonantes tantùm ſignificativas habent voces illæ duobus ultimis, ex ſeptem ſubjectis, verſibus incluſæ, quæ numerum nos docent calendarum.

Sex Majus Nonas, October, Julius, & Mars,
Quatuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.
Inde dies reliquos omnes dic eſſe calendas.
Nomen ſortiri debent à mente ſequenti.

Ver-

Versibus his noscas menses cujusque calendas
Tantum, Tendebant, Quod,
Regni, Summa, Tegebat.
Sanctus, Rex, Talis, sapienter,
Regna, Subegit.

Duodecim namque hæ dictiones duodecim mensibus ordinatè respondent. Initiales literæ quatuor significant numerum Calẽdarum: ità quidem ut Q. in ordine alphabeti XVI. R. XVII. S. XVIII. T. XIX. Calendas denotet. Ergo Tantùm Calendas Januarij (quæ in Decembri sunt mensi) à numero XIX. ordiendas indicat, & sic de cæteris.

Vocales simul & consonantes dictiones hæc, quibus modi triũ figurarum apud Dialecticos exprimuntur.

1. *Barbara, celarent primæ,*
   Darij, Ferioque
2. *Cæsare, Camestres, Festino,*
   Barocco, Datapti,
3. *Felapton, Disamis, Datasi,*
   Bocardo, Ferison.

Vocales enim præmissarum, &

conclusionis quantitatem, & qualitatem indicant ; Consonantes verò primæ una cũ .M. P. S. Reductionis notæ sunt.

Voces autem, quæ, numero literarum, ex quibus constant, aliquid indicant, sunt triginta sex istæ, quinque subjectis versibus inclusæ: nempe,

7 8 11
1 *Discere* 2 *causarum* 3 *quarũ-*
6 6
libet 4 *ordine* 5 *membra*
5 2 5 3 3
6 *Optes* 7 *ut* 8 *doceo*, 9 *sed* 10 *non*
3 5 2 6
11 *sis* 12 *desses* 13 *&* 14 *anceps*
8 7 4
15 *Instanti* 16 *dabitur* 17 *quod* 18
2 3 4 5 5
tu 19 *vis* 20 *quod* 21 *petes* 22 *illud*
8 3 2 7
23 *Efficies* 24 *Res* 25 *id* 26 *fama-*
2 3 2 5
tũ 27 *te* 28 *dat* 29 *ad* 30 *omnes.*
3 8 5 2
31 *Usu* 32 *doctrinæ* 33 *totum* 34 *si*
10 2
35 *Constituas* 36 *te.* Re-

Revocant in memoriam hę voces quæſtionum numerum, quem quælibet cauſa continet; nam prima dictio primam cauſam, ſecunda ſecundam, & ſic deinceps repreſentat. Item quot ſunt literæ in qualibet dictione, tot sũt quæſtiones ſub illa cauſa, per illam dictionem repreſentatæ. E.G. prima dictio. h. e. Diſcere, quæ primam cauſam repreſentat, ſeptem habet literas, & hoc ſignificat, primam cauſam ſeptem cõtinere quæſtiones.

Adverte tamen, quod lateralis numerus cauſas, ſuperior verò quæſtionum numerum ſignificat.

Invenit tandẽ Simonides Chius aliam Memoriæ Artem, quæ Topica appellatur; eſtque illa, cujus ope Innumeri Viri, ut ſatis abundè demonſtravimus, tot tantaque præſtiterunt prodigia. Cõſtat autem hæc Ars ex Locis, Imaginibus, & ordine, ſeu diſpoſitione; diciturque propriè Ars ſcribendi mentaliter; nam ut in-

quit Cic. lib. 3. Rhet. *Loci enim ceræ, aut chartę ſimillimi ſunt, Imagines literis, diſpoſitio, & collocatio imaginum ſcripturæ, pronunciatio lectioni: quemadmodum igitur qui literas ſciunt, poſſunt id, quod dictum eſt ſcribere, & recitare quod ſcripſerunt: ità qui hanc Artem didicerunt, quæ audierunt in locis collocare, & ex his memoriter pronunciare.*

Hanc profectò Artem, de qua, ut dixi, tam obſcurè Auctores ſcripſere, ad maximam pro ingenij mei tenuitate facilitatem redigere ſum conatus; multa quoque jucundiſſima, atque utiliſſima adiiciendo, quæ Majores noſtri aut non cogitarunt, cùm facilè ſit inventis addere; aut (quod faciliùs credam, dum ego illis me ſubmitto) nec etiam obſcurè ex promere maluerunt; ſed eam tũc publici juris faciam; cùm hoc qualecumque ſit opuſculum, haud lividis oculis receptum eſſe; Lectoremque hiſce ſimilibus delectari intellexero.

FINIS. AR-

ARTIFICIVM POETICVM AD SCRIPTURAS DIVINAS IN PROMPTV HABENDAS MEMORITERQ; EDISCENDAS ACCOMMODATUM.

VETERIS TESTAMENTI SVMMA
VERSIBUS EXPRESSA.

Geneſis habet capita 50.

1	2	3	4	5	6	7
Dierum o-pera.	*Ne edant de ligno vitę.*	*Primi parẽtes Adã & Eva.*	*Occidi-tur.*	*Transfer-tur.*	*Fit à Noè.*	*Noè & filii ejus in Arcam.*
Sex.	Prohibet.	Peccant.	Abel.	Enoch.	Arca.	Subintrant.

8	9	10	11	12
Noe ex arca diluvio ceſſante.	*Nudatus coram filiis*	*Noe filii & filiæ.*	*Babel ædifi-catur.*	*Egreditur de terra juſſu Dei.*
Egreditur.	Dormit.	Generatio.	Turris.	Et Abram.

Se-

13	14	15	16	17	18
Separatur ab Abram.	*Vincuntur ab Abram.*	*Abram promissis Dei.*	*Agar ancillæ.*	*Abrahæ & familiæ suæ.*	*Sarę postium.*
Loth.	Reges	Credit.	Fuga.	Circumcisio.	Risus.

19	20	21	22	23	24
Pluit in Pentapolim.	*Abstulit Sarâ & castigatur.*	*Sara Isaacum.*	*Abraam filium.*	*Moritur & sepelitur.*	*Nubit Isaaco.*
Sulphur.	Rex Geraræ.	Parit.	Offert.	Sara.	Rebecca.

25	26	27	28	29
Esau & Jacob edunt ur in luvem.	*Quos fodit Jacob.*	*Isaac filiis suis.*	*Quam vidit Jacob.*	*Lia & Rachel nubũt Jacob.*
Post geminos.	Putei.	Benedicit.	Scala.	Sorores.

De-

30 *Decorticat pro oviumfœtura.* Virgas.

31 *Jacob à Laban cũ uxoribus ſuis.* Diſcedit.

32 *Jacob cum Angelo.* Luctatur.

33 *Eſau fratris acquiritur.* Gratia.

34 *Corrumpitur & vindicatur.* Dina.

35 *Naſcitur cũ morte Rachel.* Benjamin;

36 *Propago deſcribitur.* Atq; Eſau.

37 *Fratres Joſephum.* Vendunt.

38 *Cognoſcitur à Juda.* Thamar.

39 *Uxor Putiphari.* Impia.

40 *Dies Piſtoris & Pincernæ.* Bis tres.

41 *Joſep terræ Ægypti.* Præficitur.

42 *Fratres ejus pro annona.* Veniunt,

43 *Fratres & capiuntur.* Redeunt,

44 *Quæ Joſeph ſimulatè inferebat.* Poſt triſtia,

45 *Joſeph eſſe fratrem ſuum.* Noſcunt.

Jacob

46	47	48	49	50
Jacob peregrinatur in Ægyptum.	*Eorum suorū Regi pēdūt Ægyptii.*	*Jacob.*	*Quæ filiis moriēs benedicit.*	*Moritur.*
Omne genus.	Quintam.	Languet.	Benedictio.	Joseph.

EXODVS habet cap. 40.

1	2	3	4	5
Pharao masculos interfici.	*Moses de flumine, & educatur à filia Pharaonis.*	*Incombustus in quo Deus apparuit.*	*E virga Mosis & manus lepro sa.*	*Pharao populum Israel operibus laterum.*
Præcipit.	Extrahitur.	Rubus.	Anguis.	Et amplius angit.

Nomen

6	7	8	9	10
Nomē Jehovah intimatur Mosi.	*Vertitur in sanguinem.*	*Cyniphum & muscarū plagæ tres.*	*Interficit jumenta prius peste & ulceribus vexata.*	*Devorat segetes & fiunt tenebræ palpabiles.*
Adonai.	Flumen.	Ranarum.	Grando.	Locusta.

11	12	13	14	15	16
Populus vasa mutuatò ab Ægyptiis.	*Angelus primogenita Ægypti.*	*Moses Josephi Patriarchę discedēs Ægypto.*	*Ægyptii in marē.*	*Maria soror Mosis cum populo.*	*Mansio in qua pluit Manna.*
Postulat.	Occidit.	Fert ossa.	Ruunt.	Canit.	Elim.

Per-

17 *Percussa dat aquã: vincitur Amalec.*

18 *Adducit uxorem Mosis: dat consilium de 70.*

19 *In quo Mos. ses cum Deo loquitur.*

20 *Decalogi promulgatur.*

21 *Quãdo libe. ri; Pœnæ percutientium.*

22 *Taxãtur pœnis, & stupra: viduarũ oppressio.*

23 *Festa principalia quibus populus apparet coram Deo.*

Petra. Ietro. Sinaì. Lex. Servi. Furta. Ter anno.

24 *Moses & Josuæ in mõtem Sinai pro. tabulis legis.*

25 *Faciunt, & mensam & candelabrũ.*

26 *Sive tabernaculum fœderis.*

27 *Et atrium formari jubentur.*

28 *Pontificalibus indumentis uestitus describitur.*

Ascendunt. Arcam. Fit scena. Altare. Sacerdos.

Moses

29 *Moſes ſacerdotes, & sãctificat uariis ſacrificiis & unctionibus.*

30 *Siue thymiamatis altare conficitur.*

31 *Et Ooliab artifices inſtituuntur.*

32 *Nẽpe uituli aurei cõflãtur.*

33 *Peccata Iſraelitæ.*

34 *Nouæ dantur Moſi, poſt priores Moſes cornuatus.*

Conſecrat. Incenſi. Beſelêl. Dii. Flent. Tabulæ altræ.

35 *Neceſſaria ad opus tabernaculi.*

36 *Cũ baſibus tabulis, & uectibus, & ſagis.*

37 *Duo ex auro pro arca teſtimonii.*

38 *Altare holocauſti, labiũ æneũ & tẽtoria cum baſibus.*

39 *Pro indumẽtis Põtificalibus.*

40 *Signũ præſentię Dei operit tabernaculũ.*

Dant. Cortina. Cherub. Tentoria. Purpura. Nubes.

LE-

LEVITICVS habet cap. 27.

1	2	3	4	5
De armẽto pecoribus & auibus.	*Oblatio ſimilę oleo conſperſæ, & primitiarum.*	*De boſtia pacificorum.*	*De boſtia pro ignorantiis.*	*Pro ignorãtia juramentorum & immunditiis.*
Hoſtia.	De ſimila.	Si Pacifer.	Inſcia.	Jurans.

6	7	8	9	10	11
Pro peccatis ſeiẽter commiſſis: & de holocauſtis.	*Pacifica qui comedent, eſus adipis & ſanguinis prohibitus.*	*Moſes ſacerdotes, & tabernaculum.*	*Aarõ primitias ſacrificiorũ Deo.*	*Et Abihu filii Aarõ igne conſumuntur.*	*Mũda ab immundis ſecernuntur.*
Tota cremat.	Comedent.	Sacrat.	Offert.	Nadab.	Edenda.

Lex

12 *Lex puerperarum.*

13 *Lex & cognitio lepræ.*

14 *Quomodo lepra mundāda.*

15 *De seminifluis & mēstruosis.*

16 *Ingressus Sacerdotis: hircus emissarius.*

17 *Soli Deo sacrificandum, & à sāguine abstinendum.*

Partus. Lepra. Pians. Fluxus. Caper. Addecruorē.

18 *Gradus prohibiti & permissi in conjugiis.*

19 *Præcepta moralia & cerēonialia mixtim narrātur: sūtq; fere negatiua.*

20 *Præcepta judicialia mortē cōminātia, præsertim cōtra magos, & pythonicos.*

21 *Qualis debeat esse pontificis, qualesq; liberi.*

22 *Quinam edant cōsecrata; & qualia animalia offerenda.*

Turpia. Ne facias. Pythonicus. Vxor. Edentes.

De

23	24	25	26	27
De tribus solennitatibus legalibus.	*De lucernis: de panibus propositionis: De blasphemis necandis.*	*Lex anni septimi, seu sabbatici, & quinquagesimi seu jubilæi.*	*Bonis bona, malis mala.*	*Deo reddātur.*
Festaq;	Blasphemus.	Jubilæus.	Præmia.	Vota.

NUMERI habet cap. 36.

1	2	3	4	5
Belligeros viros juxta duodecim tribus Israel.	*Ordinatè castra circa tabernaculum fœderis.*	*Tribus numeratur & additur tabernaculi ministeriis.*	*Quique Leuitæ uasa tabernaculi: aliqua eorum officia.*	*De immundiciis extrà castra ejiciendis: & lex zelotypiæ.*
Enumerant.	Figunt.	Levi.	Portant.	Aqua zeli.

Conse-

6 *Consecratio nazaræorum, & benedictio sacerdotũ.* Nazarei.

7 *Moses tabernaculũ, & principes offerũt dona.* Erexit.

8 *Ponũtur, & Leuitæ consecrantur.* Lucernæ.

9 *Celebratur: ductus nubis seu colũmnę.* Phase.

10 *Quis visus: & ordo castramẽtationis.* Tubarum.

11 *Carnes in malum suũ desiderantium.* Gula.

12 *Percutitur, ob murmur cõtrà Mosen.* Leprâ Mariam.

13 *Exploratores missi in Canaã reportãt uuam.* Bis sex.

14 *Israelitę territi ab exploratoribus.* Flent.

15 *Colligẽs in Sabbato interficitur.* Ligna.

16 *Cũ Core & Abiron absorbentur uiui.* Dathanq;

17 *Aaronis floret.*

18 *Leuitę circa tabernaculum, & inde aluntur.*

19 *Vaccę ruſæ combuſtæ.*

20 *Vbi Aaron & Mariã moriũtur.*

21 *Deuictis Chananeis & Amorræis, erigitur.*

22 *Colloquium cum Balaam.*

23 *Maledicturus Iſraeli, benedicit ei.*

Virga. Cubant. Cinis. Hor. Serpens. Aſinæ. Balaamus.

24 *De qua præclarũ vaticiniũ Balaami.*

25 *Cõfodit fornicantes.*

26 *Moſes populum à viginti annis & ſuprà.*

27 *Filię ſuccedunt patri. Moſi oſtẽditur terra.*

28 *Sacrificium*

29 *Feſtum tubarum.*

30 *Et juramẽta ſeruanda.*

Stella. Phinêes. Numerat. Salphad. Iuge. Buccina. Vota.

Iſrae-

31 *Israelitarũ contra Maedianitas.*

32 *Contẽdũt pro possessione eis Jordanem.*

33 *Singulę mansiones enumerantur.*

34 *Limites terræ promissionis signantur.*

35 *Suburbana pro leuitis, & asyla pro homicidis.*

36 *Ita ut possessiones tribũ non trãsferantur.*

Pugna. Ruben Gad. Mansio. Terminus. Oppida. Nubant.

DEUTORONOMIUM. cap. 34.

1 *Moses ea quę Israelitis in toto itinere acciderũt.*

2 *Rex Hesebõ vinsũ occiditur.*

3 *Rex Ba. culcãs Moses, prę-cipitur.*

4 *Dei beneficia in-gi repe-ditur.*

5 *Decalo. Deus ex cortes: dicit mortẽ suã.*

6 *Quibus Pręmittẽtur cõtrà gentes: quibus titur. de diligẽdus.*

7 *Nullã gen. amicitia.*

Explanat. Sehon. Og. Moriar. Lex. Iusta. Crabrones.

Be-

8	9	10	11	12
Beneficia Dei; per eremū repletam ſerpētibus.	*Aſcribēndum quod boni habemus, ſed ſoli Deo.*	*Circuncidendi; reparatio tabularū.*	*Beneficia Dei & terribilia ejus ſigna.*	*Idolatria cavenda: certus locus ſacrificii: à ſanguine abſtinēdū.*
Dipſas.	Et haud nobis.	Ex corde.	Appendite.	Sanguis.

13	14	15	16	17	18
Propheta lapidandus.	*Tantum munda. Decimæ.*	*Cum gētibus nō cū fratribus: remittendum anno 7.*	*Præcipua totius anni.*	*Damnata idololatria. Lex regis datur.*	*Victus ſacerdotū & Levitarū. Maleficorum ſupplicium.*
Falſus.	Edent.	Fœnus.	Solennia.	Regia.	Python.

Reſu-

19 *Refugii pro homicidis.*

20 *Qui ire debeant: & quomodo.*

21 *Diſſãtiã à loco homicidii Mulier captiua. Filius contumax.*

22 *Charitas etiam brutis exhibenda. Virginitatis violatæ compenſatio.*

Urbes. Ad bellum. Metietur. Virginitatis.

23 *Synagogam & caſtra repellẽdi. Fœnus.*

24 *Libellus permittitur. Miſericordia in pauperes.*

25 *In faciem nolẽtis ſuſcitare ſemen fratri.*

26 *Decimas.*

27 *Reſpõdet populus ad cõminationes.*

28 *Benedictio obſeruatoribus legis, maledictio tranſgreſſoribus.*

Extra; Repudii. Spuet. Offer. Amen. Benedictus

Inio

29 *Init Deus cum Iſraelitis.* Fœdus.

30 *Vera pœnitentia Deum placabit.* Pœniteant.

31 *Eligitur dux loco Moſis.* Ioſue.

32 *Moſes canticū propheticum.* Canit.

33 *Benedicit tribubus.* Et beat.

34 12. *Et ſepultura Moſis.* Hinc mors.

LIB. JOSUE cap. 24.

1 *Dicit Deus Joſue, ipſum corroborās ad Ducatum populi.* Confortare.

2 *Saluat exploratores.* Rahab.

3 *Exiccatur ut Iſraelitę trāseant.* Iordan.

4 *Duodecim in alueo Jordanis in memoriam.* Saxa erige.

5 *Lapidei quibus circūciſi Iſraelitæ celebrant Paſcha.* Cultri.

Expu-

6 *Expugnatur septeno circuitu, & vastatur.*

7 *Propter furtum lapidatur.*

8 *Capitur cũ Rege.*

9 *Urbis incolę imponunt Israelitis.*

10 *Stat ad jussum Josue.*

11 *Debellat Josue.*

12 *Nomina quos vicit.*

Urbs Hiericho. Achan. Hay. Gabaon. Sol. Regnaq; Regum.

13 *Terram promissionis.*

14 *Accipit possessionem.*

15 *Petit irriguũ. Jude sors.*

16 *Sors describitur.*

17 *Dimidia tribus Manasse.*

18 *Locus tabernaculi.*

19 *Reliquarũ tribuum.*

Distribuit. Caleb. Axa. Ephraim. Frater. Silo. Sortes.

20 *Civitates statuuntur.*

21 *Assignantur loca.*

22 *Extruunt altare ad Jordanem.*

23 *Josue senex*

24 *Israelitas.*

25 *Josue post exhortationem, narratur-*

Reffugii. Lêvi. Ruben Gad. Commonet. Et mors. *Ju-*

JUDICUM cap. 21.

1 *Conſtituitur dux contrà infideles.*

2 *Iſraelitę angelo reprehendente.*

3 *Judex occidit Eglon regem Moab.*

4 *Judex vincit Siſaram, quę occidit Jael.*

5 *Triumphale Deborę & Barac.*

6 *Judex cõtra Madianitas animatur. Deſtruitque Baal.*

Judas. Flent. Ajoth. Barac. Carmen. Gedeonq;

7 *Aquã ſicut canes, trecẽti milites quos ſolos educit contra Madian.*

8 *Et Salmana reges Madianitarũ perimũtur à Gedeone.*

9 *Proponitur in parabolã cõtra Abimelech; ejuſque mors.*

10 *Judex exercitatur.*

11 *Judicis cõtra Ammon ejuſq; votũ & filia ſacrificatur.*

Lambunt. Zeb zebee. Rhamnus. Iair. Actio Iepthę.

Vox

12 *Vox quã nequiverãt pronũciare Ephratei, sicque agniti obtruncantur.*

13 *Judicis ortus annuntiantur parentibus ab angelo.*

14 *Discerpitur à Samsone: unde enigma mellis.*

